INA.

ONORES
RUM IN
LMIA
OS

TII

ARIUS.

I.

DEMOCRITI

DE ANIMA DOCTRINA.

ADDITA SUNT DEMOCRITEA.

DISSERTATIO

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO ORDINE PHILOSOPHORUM IN
UNIVERSITATE FRIDERICIA WILHELMIA
RHENANA LEGITIME IMPETRANDOS

PUBLICE DEFENDET SCRIPTOR

FRIDERICUS HEIMSOETH

AGRIPPINENSIS

SEMINARII REGII PHILOLOGICI SODALIS ORDINARIUS.

BONNAE

TYPIS CAROLI GEORGII

MDCCCXXXV.

PROLEGOMENA.

Tribus potissimum de causis historiam philosophiae graecae a philologis tractandam esse arbitror. Primum, quia pars philologiae est, neque cognitio antiquitatis exhauritur, si praecipua quaedam pars relinquitur. Deinde quia philologorum opera in illa collocata ne nunc quidem supervacanea videatur. Accedit, quod multa vel in iis scriptoribus, qui ab omnibus leguntur, velut in Cicerone, inveniuntur, quae, nisi graecam philosophiam accurate cognoveris, penitus non perspicias. Sunt etiam aliae rationes, quas nunc mitto. Sufficiant enim illa ad institutum huius libelli probandum. Atque Democriti de anima doctrina praecipue lacunis, tenebris, erroribus laborat; ita ut neque fines philologiae mihi videar transisse, neque inutilem et superfluam rem egisse. Et praeter psychologiam reliquias magni

viri ita collegi, ut primum orationis particulas superstites composuerim, dein doctrinae voces sistere et rebus suis aptare, quod ipsi doctrinae non inutile esse intelligebam, curaverim; denique fragmenta, quae superesse videntur praeter sententias quas dicunt morales, Ioniae non immemor, conscripsi.

Notae librorum.

Stob. phys. = Stob. eclog. phys. ed. Heeren.
Sext. Empir. ed. Fabric.
Theodoret. oper. tom. IV. ed. Viger.
Cod. Flor. G. = codex parallel. Damascen. in Gaisfordii Stob. eclog. ethic. tom. IV. append. edit. Oxon.
Comment. Aristot. edit. Aldin.
Simplicii de coelo commentarium, valde in Aldina corruptum, ideoque, ubi de vocibus agebatur, prorsus inutilem, emendavi e schedis cl. Brandis.

Οὕτως οἶμαί πως τὸν ἄνδρα τῇ δόξῃ τῇ δὲ λέξει δαιμονίως λέγειν καὶ μεγαλοπρεπῶς.

Aristoteles de anima I, 2. Cum illud potissimum animae proprium videretur, quod movet, nulla autem res movere aliam posse putaretur, nisi quae ipsa moveatur per se, Democritus eas atomos animae ex innumerabilitate atomorum elegit, quas mobilissimas omnium esse sciebat, rotundas scilicet et exiguas. Itaque, cum tales figurae facillime propter subtilitatem in omnes corporis partes penetrare ipsaeque motae reliquas movere possint, animas animalium rotunda et exigua corpuscula esse decrevit. Quod ita accurate Aristoteles tradidit, ut et certissimum totius doctrinae fundamentum habeamus et ceterorum, si qui eam rem tetigerunt, fidem perspiciamus. Probanda igitur sunt Plutarchi verba plac. philos. IV, 3. Stobaeique phys. 796.

> *Δημόκριτος πυρῶδες σύγκριμα τῶν λόγῳ θεωρητῶν, σφαιρικὰς μὲν ἐχόντων τὰς ἰδέας, πυρίνην δὲ τὴν δύναμιν, ὅπερ σῶμα εἶναι·*

et Diogenis Laertii

> — *ἐκ λείων καὶ περιφέρων ὄγκων συγκεκρίσθαι καὶ τὴν ψυχήν·*

quae verba latine apud Ciceronem leguntur:

> — Democritum levibus et rotundis corpusculis efficientem animum —,

seponendae, quia aliena admiscuerunt, narrationes Nemesii de nat. homin. 2.

Δημόκριτος πῦρ· τὰ γὰρ σφαιροειδῆ σχήματα τῶν ἀτόμων συγκρινόμενα, πῦρ τε καὶ ἀέρα, ψυχὴν ἀποτελεῖν·

et Macrobii de somn. Scip. I, 14.

Democritus spiritum insertum atomis hac facilitate motus, ut corpus illi omne sit pervium.

Voces Democr. Quo tota animae et omnino atomorum ratio verisimilis fieret, Democritus corpuscula memoravit, quae, cum sol per fenestram infusus est, in aëre videntur varie concursantes:

οἷον ἐν τῷ ἀέρι τὰ καλούμενα ξύσματα, ἃ φαίνεται ἐν ταῖς διὰ τῶν θυρίδων ἀκτῖσιν,

qua de re vetustissimi Aristotelis interpretes verius dixerunt, quam is, qui nuper libros de anima edidit. Alia similitudo ap. Stob. phys. 924.

καθάπερ ἐν ἀσκῷ πνεῦμα,

quam Democrito dederunt, neque elegantiae viri, neque etiam opinioni accurate respondet.

Rotundae igitur illae atomi, ita per membra, Lucretio teste III, 371, dispersae, ut corporis et animae atomi singulae singulis appositae sint, quoniam nunquam quiescunt, trahunt secum et movent totum corpus.

Ac de prima animae cum corpore coniunctione neque in doctrina de procreatione, quae, cum omnia collegeris, satis plena ad nos pervenit, neque alibi ullum vestigium inveni, ita ut hac de re nihil separatim statuisse videatur. Cf. Ciceronis verba:

— Democritum enim, magnum quidem illum virum, sed levibus et rotundis corpusculis efficientem animum concursu quodam fortuito —

et Iamblichi ap. Stob. phys. 900.

— ἀπὸ τῶν ἀπείρων ἀτόμων κατὰ συντυχίαν συνερχομένων συνίστασθαι τὰς ψυχάς·

denique, si placet, Lucretii versus:

— gigni pariter cum corpore et una
Crescere — pariterque senescere mentem,

quae ex parte ipse Democritus dixisse videri posset his verbis:

αὐξανομένῳ τῷ σώματι συναύξονται καὶ αἱ φρένες, γηράσκοντι δὲ συγγηράσκουσι καὶ ἐς τὰ πρήγματα πάντα ἀπαμβλύνονται·

nisi eadem Atossa Dario suo nocturno colloquio in aures insusurrasset, διδαχθεῖσα ὑπὸ τοῦ Δημοκ. v. Herodot. III, 134. *)

E morientis corpore anima evadens per auras, unde venerat, dividitur et dissipatur. Atque hanc suam de dissolutione animae doctrinam, quae nota est per omnem antiquitatem, etiam in libro περὶ τῶν ἐν Ἅιδου, si scripsit, exposuit, tales opiniones metu male viventium ortas esse contendens. v. fragm. ap. Stob. XCVI. CXIX.

Aristot. de respirat. 4. Servatur autem anima et augetur viventi respiratione. Quum enim id, quod circa hominem est, corpus comprimere rotundasque atomos extrudere coepit, ne tota anima e corpore exprimatur, ἀναπνοὴ succurrit. Scilicet magnus numerus earum particularum, quibus anima composita est, in aëre vagatur, quae respiratione in corpus intrantes novas simul particulas afferunt atque compressui illi resi-

---

*) Hoc igitur Democedis Crotoniatae est vel Atossae vel Herodoti; alia apud Stobaeum aliosque Democharis sunt et Demetrii et Democratis et Demosthenis. Lemma fuit Δημ. Δημο. Δημοκ.

stentes, quominus exeuntes omnes emigrent, impediunt. Et quamdiu hoc fieri licet, tamdiu vivunt animalia, ac respiratio vitae finis est. Ubi enim illud, quod comprimit, vincere coepit neque novis particulis superatur ac reprimitur, mors accidit. Aliquot quidem atomi vel in cadaveribus reliquuntur, etsi plurima pars evasit.

In quo loco quatuor fere restant explicanda: primum quomodo fiat, ut *τὸ περιέχον* comprimat; dein, qua de causa rotunda illa tantum compressu evadant, respiratione intrent; denique initium respirationis atque mortis in omnibus animalibus necessitas.

Et comprimi corpus *διὰ τὸ ψυχρὸν εἶναι τὸ περιέχον*, non solum interpretes Aristotelis dicunt, ut Philop. de anim. f. 16. a. et Michael Ephes. 165. b., sed ipse etiam Aristoteles videtur significare, ubi contra Democritum dicit respirat. 4 *ὅταν δὲ τὸ πέριξ ᾖ ψυχρὸν καὶ συνάγῃ καὶ συμπηγνύῃ τὸ σῶμα, κατέχειν συμβαίνει τὸ πνεῦμα· καίτοι τότ' ἐχρῆν τὸν θυράθεν εἰσιόντα κωλύειν τὴν σύνθλιψιν·* unde illi sua sumsisse videntur. Rotunda autem corpuscula potissimum expelluntur et inferuntur, quia mobilissima sunt. Idque ipsum Aristotelem dicere Philoponus contendit et Michael et Simplicius, verba illius de anima I, 2.

> *συνάγοντος γὰρ τοῦ περιέχοντος τὰ σώματα καὶ ἐκθλίβοντος τῶν σχημάτων τὰ παρέχοντα τοῖς ζώοις τὴν κίνησιν διὰ τὸ μηδ' αὐτὰ ἠρεμεῖν μηδέποτε —*

ita interpretantes, ut *διὰ τὸ μηδ' αὐτὰ ἠρεμεῖν μηδέποτε* non ad *παρέχοντα τοῖς ζώοις τὴν κίνησιν* referant, sed ad *ἐκθλίβοντος τῶν σχημάτων τὰ* —.

Atque haec quidem non neglecta a Democrito videantur, motus autem eius, quo respiratio fiat et

mortis rationes ipse Aristoteles in Democriti doctrina desiderabat, quem etiam propterea reprehendit, quod omnia animalia respiratione vivere putavisse videatur (respirat. 2 init.).

Voc. Democr. In hoc loco Democritus facile voces *εἰσπνεῖν*, *ἀναπνεῖν*, *ἐκπνεῖν* accurate distinxit, scilicet *τὸ εἰσπνεῖν* et *ἀναπνεῖν* opponens *τῷ ἐκπνεῖν*. Cf. Aristot. respir. 4.

> *καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ ἀναπνεῖν καὶ ἐκπνεῖν εἶναι τὸ ζῆν καὶ τὸ ἀποθνήσκειν·*

et priora illa coniuncta leguntur in cod. Laurent. de anima I, 2.

> *διὸ καὶ τοῦ ζῆν ὅρον εἶναι τὴν εἰσπνοὴν καὶ τὴν ἀναπνοήν.*

De somno testimonia silent. In quo loco fortasse non reiiciendum est, si quid apud Epicurum atque Leucippum in hac re commune reperiatur. Ac de Leucippo, qui non alia ac noster de anima docuit, Plutarchus narrat plac. philos. V, 25, quem locum, misere corruptum, donec melius quid dicetur, ita scribo:

> *Λεύκιππος (τὸν ὕπνον γίνεσθαι) ἐκκρίσει τοῦ λεπτομεροῦς πλείονι τῆς ἐγκρίσεως τοῦ ψυχικοῦ θερμοῦ· τὸν πλεονασμὸν αἰτίαν θανάτου.*

Quibus verbis apud Lucretium quaedam respondent libro IV inde a v. 917. E fragmento ap. Stob. VI, 55. (*ἡμερήσιοι ὕπνοι σώματος ὄχλησιν ἢ κ. τ. λ. σημαίνουσιν*) nil eruitur.

De sensibus.

Duo fere in doctrina de sensibus sunt, quae suo modo Democritus explicavit, visus scilicet et auditus. Atque ille apud Theophrastum ita describitur.

Theophr. de sens. §. 50—55. Visum Democritus ἐμφάσει fieri dicit. Ea autem non statim in pupilla fit, sed, quia ab omni corpore imago fluit, aër, qui est inter videntem et id quod cernitur, et densatur utriusque imagine et sicut cera effigie rei informatur. Iam nunc solidus aër et ita impressus, ut imaginis imaginem prorsus reddat, oculis ἐμφαίνεται; solidis enim corporis partibus ἔμφασις non recipitur, per humidum oculum permigrat. Unde etiam inter ipsos oculos humidissimi excellunt.

Quibus Theophrastus haec argumenta opposuit:

1. Aërem ita formari, ut Democritus voluerit, non posse: id enim, in quo quid imprimatur, densum esse oportet neque fragile, qualis aër est.

2. Deinde in aqua ut solidiori facilius impressionem fieri, at difficilius cerni.

3. Omnino non opus fuisse ista impressione ei, qui fluere rerum imagines decrevisset; eas enim ipsas oculis ἐμφαίνεσθαι posse. (Ergo Epicuri doctrina Theophrasto iustior videbitur? Is enim ipsa εἴδωλα ad oculos venire docuit. At aërem interiacentem, solidam rem, mathematica mens non negligebat. Quoniam igitur aër adest, Democritus ita statuit: si ille abesset, tum ipsa quidem simulacra ad oculos nostros pervenirent, ita ut vel formicam in coelo videremus. Aristot. anim. II, 7. Ita visus per aërem simul fit simulque impeditur).

4. Sint autem ista omnia, qui tandem ἔμφασις fieri potest, donec impressio non ad oculos hominis, sed ad rem versa est?

5. Dein, cum plura in eodem loco cernuntur, quo pacto in eodem aëre plures imagines impressae sunt?

6. Atque quo modo alter alterum videre potest, cum utriusque imago concurrat?

7. Porro cur ipsi nos non cernimus? Sicut enim alii, ita nos quoque imaginem nostram videamus necesse est, praesertim cum ad nos conversa impressio sit?

8. Omnino aëris impressio credi nequit. Imagines enim omnium omnino rerum aëri imprimerentur.

9. Praeterea, si imagines fluerent aërique imprimerentur, etiam obtectas res videremus vel remotas, per diem certe, si illud Democrito concedatur, noctu impressionem non permanere. Atqui per noctem tanquam ἐμψυχοτέραν non minus illam permanere necesse est.

10. De sole infra dicam.

11. Porro Democritum vituperat, quod totum corpus visus particeps fecerit. In quo loco non puto, Theophrastum Democriti verba τῷ ἄλλῳ σώματι παραδιδόναι non intellexisse. Democritus quidem animam significat per totum corpus dispersam, ad quam omnem αἴσθησιν refert: oculi et aures quasi instrumenta sunt, quibus imagines vocesque animae traduntur. Theophrastus autem αἰσθήσεις ad singulas partes, visum ad oculos refert, auditum ad aures. §. 54 ἄτοπον δὲ καὶ τὸ μὴ μόνον τοῖς ὄμμασιν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι μεταδιδόναι τῆς αἰσθήσεως. §. 57 — ὥσπερ οὐ ταῖς ἀκοαῖς ἀλλ' ὅλῳ τῷ σώματι τὴν αἴσθησιν οὖσαν· οὐ γάρ, εἰ καὶ συμπάσχει τι τῇ ἀκοῇ, διὰ τοῦτο καὶ αἰσθάνεται.

12. Hoc quoque rationi non convenire, quod simul dixerit, similia similibus potissimum cerni, atque visum per aërem fieri et oculi liquorem.

13. Postremo magnitudines rerum et intervalla opponit.

Tantum Theophrastus. In quo non subsistendum

est. Aut enim omnino non accurate rem exposuit, aut voces Democriti sciens ita orationi suae inseruit, ut nostram rei cognitionem turbaverit. Quid? Audaciam meam accusas vel ineptiam. Ego vero dicam, quod sentio. Democritus ἔμφασιν, ἐμφαίνεσθαι, usitatas hominum ac philosophorum voces, ita retinebat, ut certum sensum iis ex doctrina sua tribueret. Revera omnem ἔμφασιν solvit in imagines per aëris impressionem ad oculos usque progredientes. Neque ita cogitandum est, imaginem rei semel in aëre densato tanquam in cera imprimi, dein hanc impressionem oculis ἐμφαίνεσθαι (quod Theophrastus dicere videtur §. 50 et 52 princ. v. supra 4.); verum imago aëri leviter imprimitur, atque ea impressio per aërem, qui est oculum inter et rem, iterata continenter impressione, ad hominem perfertur, ubi, ab humidissima corporis parte recepta, in animam penetrat, quae per totum corpus dispersa est. Iam ut imago aëri impressa tota et integra ad animam perveniat, quod circa oculum est, solidissimum, ipsum oculum ex omni parte quam maxime humidum esse oportet. Sole opus est ad videndum, quia aërem tantum densat, quantum satis est, ut omnino imago aëri impressa permanere et ad oculos pervenire possit; noctu impressionem nec manere nec procedere. Quod autem magnitudines rerum et intervalla per oculorum angustias penetrant, hoc imagunculae illae ostendunt ac probant, quae semper in oculis cernentium videntur. (Hoc Simplicius de sens. et sensib. narrat f. 97. a. — οὗ τεκμήριον παρατίθεται τὸ ἀεὶ τῶν ὁρώντων ἐν τῇ κορῇ εἶναι τὴν τοῦ ὁρωμένου ἔμφασιν καὶ εἴδωλον· idque fortasse Theophrastus dicit §. 54 fin. τὰ δὲ μεγέθη καὶ τὰ διαστήματα πῶς ἐμφαίνεται; Καίπερ ἐπιχειρήσας λέγειν πως οὐκ ἀποδίδωσι.)

Voc. Democr. *Δείκελα*. v. Democritea v. *εἴδωλα*. *Ἀὴρ τυποῦται, οἷον εἰ ἐκμαξείας εἰς κηρόν*. (ita Burchard. pro *σκληρόν*.)

De voc. *ἔμφασις, ἐμφαίνεσθαι* dixi. Revera igitur non *ἐμφαίνεται ὁ τύπος τῷ ὄμματι*, sed *ὄμμα δέχεται τὸν τύπον καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι παραδίδωσι*. Ea autem Democriti elegantia fuisse videtur, ut suas voces ita cum usitatis misceret, ut usitatas suis quasi interpretaretur. Non possum, quin statim alius exempli, non longe petiti, suspicionem addam. Scilicet, ubi docebat, sole ad videndum opus esse, ut repellens a se impressum aërem denset, (quo *ἔμφασις* fieri i. e. imago aëri impressa ad oculum pervenire possit,) ibi, ut communem opinionem suae doctrinae adderet et quasi subderet, hoc addebat: ita, ut lucem quasi afferat ad oculum. Iam Theophrastus *ἀλλ' ἴσως*, inquit, *τὴν ἔμφασιν ὁ ἥλιος ποιεῖ, τὸ φῶς ὥσπερ ἐπιφέρων ἐπὶ τὴν ὄψιν, καθάπερ ἔοικε βούλεσθαι λέγειν· ἐπεὶ τό γε τὸν ἥλιον ἀπωθοῦντα ἀφ' ἑαυτοῦ ἀποπλαττόμενον πυκνοῦν τὸν ἀέρα, καθάπερ φησὶν, ἄτοπον· διακρίνειν γὰρ πέφυκε μᾶλλον*.

Aristoteles de aqua et *ἐμφάσει* testatur de sens. et sensib. 2. Plutarch. plac. philos. IV, 15. Galen. c. 25, Diogenes Laertius et Cicero, ubi eam rem tangunt, quod Democrito cum Epicuro commune est, referunt. Cod. Flor. G. p. 23 ex Plutarchi loco corrigendus est. Quod in speculis nos ipsos videmus, Epicuro imaginibus, *τύποις* Democrito fit reflexis. (Plut. plac. philos. IV, 14 Galen. 25. Cod. Flor. G. p. 24.) Atque diligenter Democritus, non dubito, naturam rerum descripsit, quae imagines remittant. Similitudo rei ap. Lucret. IV, 144 seqq.

Theophrast. de sens. §. 55—58. Plut. plac. phil. IV, 9. Sonus quisque *ἀποῤῥοή* est, quae ubi ad aërem venit, et aërem movet et ipsa movetur. Quo motu

utrinsque particulae primum ita separantur, ut similes similibus coniungantur, dein ad homines provolvuntur. Ibi aër per aures potissimum, quoniam plurimum vacui habent, ingressus, quia protundebatur et per vim intrabat, dividitur et dispergitur per omne corpus. Quo autem sonus totus immergat celeriterque aequali modo per totum corpus dissipetur neque reiectus excidat, necesse est id, quod circa aures est, reliquasque capitis partes densissimas esse, venas autem omnes quam plurimum vacui habere.

Voc. Democr. φωνὴ latiori sensu.
Vocem humanam a Democrito et Epicuro ῥεῦμα λόγων nominatam esse, Gellius narrat V, 15, quod, cuiusvis auctoris sit, eleganter et ex doctrina dictum retineo, licet Burchardus ingeniose maluerit scribere ῥεῦμα ἀτόμων.

Imago vocis Epicuro ipsis ἀποῤῥοαῖς remissis, Democrito aëre ἀποῤῥοαῖς protuso redeunte existit; eodemque modo fit, ut ipsi nos loquentes audiamus. Theophrast. sens. §. 53.

Atque haec quidem de visu et auditu traduntur, in quibus multa sunt, quae velis accuratius narrata esse. In reliquis nihil memorabile fuit. Hoc facile intelligitur Democritum imprimis in Aristotelis vituperationem cecidisse, quod omnes sensus revera ad unum retulerit. Aristot. sens. et sensib. 4.

Tantum de sensibus. *Τὸ φρονεῖν* autem ut existat, συμμετρίᾳ quadam particularum animae opus est: ea si adest, φρονοῦμεν; sin plures vel pauciores, non φρονοῦμεν, vel, ut veteres dicebant, ἀλλοφρονοῦμεν. Hoc est illud Theophrasti, quod statim post sensuum explicationem addidit, variis modis a multis tentatum:

περὶ δὲ τοῦ φρονεῖν ἐπὶ τοσοῦτον εἴρηκεν, ὅτι γίνεται, συμμέτρως ἐχούσης τῆς ψυχῆς μετὰ τὴν κίνησιν (i. e. *εἰδώλων*, ut breviter dicam, *ἐπιῤῥυσμίων*, vel, quod Cicero dicit, post impulsionem oblatam extrinsecus)· *ἐὰν δὲ περίθερμός τις ἢ περίψυχρος γένηται, μεταλλάττειν φησί. Διότι καὶ τοὺς παλαιοὺς καλῶς τοῦθ' ὑπολαβεῖν, ὅ τι ἐστὶν ἀλλοφρονεῖν.*

Veteres igitur laudabat propter vocem suam *ἀλλοφρονεῖν* et Homerum, quod Hector iacet *ἀλλοφρονέων*. Cf. Aristot. de anim. I, 2 et metaphys. 78 Br. In quo loco si Aristotelis verba: *τὸν Ἕκτορα, ὡς ἐξέστη ὑπὸ τῆς πληγῆς, κεῖσθαι* —, tam simpliciter dicta, de certamine cum Achille mecum intellexeris, Democritus ita versum Iliadis legebat XXII, 337.

Τὸν δ' ἀλλοφρονέων προσέφη κορυθαίολος Ἕκτωρ·

eaque mihi non solum vetus aliqua varia scriptura, sed etiam vetustissima ac germana videtur esse, *philosophorum voluntate* ab illustri loco remota et ad normam v. 246 libri XV mutata. Nam quod Hector loquitur et non inepta loquitur, hoc minime adversatur: nimirum ictus est et particulae animae evadere e corpore ita coeperunt, ut paullo post tot superfuturae sint, quot relinqui, anima emigrante, solent. Iam ut ad Theophrasti verba rem comparemus, Hector ictus, cum evadere animae atomi coeperint, *περίψυχρος* fit, ebrius autem quidam v. c. *περίθερμος*; uterque, symmetria illa turbata, *ἀλλοφρονεῖ*. Theophrastus ita pergit:

ὥστε φανερόν, ὅτι τῇ κράσει τοῦ σώματος ποιεῖ τὸ φρονεῖν· ὅπερ ἴσως καὶ κατὰ λόγον ἐστὶ σῶμα ποιοῦντι τὴν ψυχήν.

Hos igitur fines ac leges Democritus circumscripsit τῷ φρονεῖν. Videamus, quomodo omnino cogitationes fiant. Hoc in medio collocandum est, Democritum unum tantum agnoscere, scilicet τὴν ψυχήν. Ταὐτόν ἐστι νοῦς καὶ ψυχή, neque vis quaequam animi propria est. In altera parte res consistunt et imagines rerum, in altera anima i. e. atomi illae rotundae exiguaeque. Nihil praeterea. Iudicandum est de cogitationibus et de doctrina veritatis cognoscendae.

Ac primnm tenendum est, cui idem fuerit ψυχὴ et νοῦς, ei αἰσθάνεσθαι et φρονεῖν vel φρόνησιν et αἴσθησιν eiusdem generis fuisse. Et ea communis veterum opinio fuit (Aristot. anim. III, 3), quibus Democritus apponitur ab Aristotele metaphys. 78 Br. et a Theophrasto sens. §. 72. In hunc modum cod. Flor. G.

Λεύκιππος καὶ Δημόκριτος τὰς αἰσθήσεις καὶ τὰς νοήσεις ἑτεροιώσεις εἶναι τοῦ σώματος.

Atque omnem hominum vel rerum cogitationem e Democriti doctrina imaginibus in animam incurrentibus fieri, neque ullam speciem cogitari posse nisi pulsu imaginum, Ciceronis vituperationes ostendunt et exempla.

Ita somniorum imagines, quas animus ipse sibi fingere videtur, incursione imaginum fiunt. Aristot. divin. per somn. 2 Δημόκριτος εἴδωλα καὶ ἀποῤῥοὰς αἰτιώμενος. Plut. quaest. symp. VIII, 10. Plut. plac. philos. V, 5. Idem a Cicerone non raro tangitur et ad ineptias suas perducitur. Uude etiam partem divinationis derivasse videtur. Aristotel. l. l. et inscript. ap. Thrasyllum περὶ εἰδώλου ἢ περὶ προνοίας.

Aliud eius rei exemplum in iis invenitur, quae noster de deornm opinione docuisse fertur. Quem locum totum hic et integrum, quia ita facilius tractatur, inter-

posui. Quae ad nostram rem attinent, facile agnoscentur.

De diis.

Scilicet Democritus, cum deos, quos credebant, omnino esse negaret, vario modo eam rem expedire conatus est. Ac primum a magnis rebus coelestibus deorum opinionem derivatam esse praedicavit. Fragm. ap. Sext. Empir. 554. Homeri, gravissimi poetae, deos per allegoriam explicasse videtur. Eustath. ad Odyss. XII v. 65. Ex suis rebus, si aeternitatem spectabat et originem rerum, necessitatem deum dicere potuit vel etiam atomos. Cuius rei certa vestigia non memini me vidisse. Sed motus ratione habita, sicut in corpore humano anima levibus illis rotundisque atomis constat, ita omnino rotunda igneaque corpuscula universi quasi animam appellavit. Hoc est illud Plutarchi, Stobaei, Galeni, Eusebii, Cyrilli,

> νοῦν τὸν θεὸν ἐν πυρὶ σφαιροειδεῖ τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν·

et Ciceronis nat. deor. I, 43.

> tum principia mentis, quae sunt in eodem universo, deos esse dicit.

Et videntur eiusdem originis esse illa Velleii, ib. I, 12.

> tum scientiam intelligentiamque nostram (νοῦν).

Dein vero, quoniam tam alte in omnium animis deorum notitia impressa est, secundum suam de anima doctrinam εἴδωλα in universo vagari statuit eiusmodi, quales dii ab hominibus fingebantur, ingentes magnitudine, forma hominibus similes, aeterni. Itaque (Sext. Emp. 552)

εἴδωλα τινά φησιν ἐμπελάζειν τοῖς ἀνθρώποις — εἶναι δὲ ταῦτα μεγάλα τε καὶ ὑπερφυῆ (ita Pappencordt. e cod. Monacensi restituit pro ὑπερμεγέθη) καὶ δύσφθαρτα μὲν, οὐκ ἄφθαρτα δέ. (Ita aeternitatem mutavit.)

et in altero loco 359.

ἀνθρωποειδεῖς ἔχοντα μορφάς.

Non quiescebat, instante omnium opinione, in his idolis. Praeter imagines enim illas ἐν τῷ περιέχοντι etiam maiores statuit esse

tantasque, ut universum mundum complectantur extrinsecus,

unde illae effluant. Utrumque genus significari videtur apud Clem. Alexandr. strom. V §. 88.

— τὰ γὰρ αὐτὰ πεποίηκεν εἴδωλα τοῖς ἀνθρώποις προσπίπτοντα καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἀπὸ τῆς θείας οὐσίας·

et apud Ciceronem nat. deor. I, 12.

Quid? Democritus, qui tum imagines earumque circuitus (eleganter pro, imagines circumvagantes,) in deorum numero refert; tum illam naturam, quae imagines (i. e. illas imagines) fundat ac mittat.

Quae quum Minucius Felix ita transscribebat in Octavio XIX.

Quid Democritus? Quamvis atomorum primus inventor, nonne plerumque naturam, quae imagines fundat, et intelligentiam deum loquitur?

vix ipse intellexisse videtur, quid fabularetur. Iam alia aliorum testimonia facile perspiciuntur, velut Augustini in epistolis, et Irenaei, cuius verba, etsi ne loquuntur quidem de diis, tamen eam rem tangunt. Nimirum tria is miscuit. Valentinianorum enim, qui imagines rerum

esse, non res dicebant, et Democriti, imagines deorum in mundum descendere docentis, denique Platonis de ideis doctrinam in unum colligens conglomeransque,

> Quod enim, inquit, dicunt imagines esse haec eorum, quae sunt, rursus manifestissime Democriti et Platonis sententiam edisserunt. Democritus enim primus ait multas et varias ab universitate figuras expressas decendisse in hunc mundum.

Clemens Alexandrinus, ubi philosophorum de principiis et de diis opiniones enarrat, pleno et inani deorum *εἴδωλα* inconcinno modo miscet (protrept. 5):

> *ὁ δὲ Μιλήσιος Λεύκιππος καὶ ὁ Χῖος Μητρόδωρος διττὰς, ὡς ἔοικεν, καὶ αὐτὼ ἀρχὰς ἀπελειπέτην, τὸ πλῆρες καὶ τὸ κενόν· προσέθηκε δὲ λαβὼν τούτοιν τοῖν δυεῖν τὰ εἴδωλα ὁ Ἀβδηρίτης Δημόκριτος.*

Maximus Tyrius, ubi ostendit, deorum opinionem vix ab uno alterove prorsus reiectam esse,

> *ἴσασι γὰρ*, inquit, *οὐχ ἑκόντες καὶ λέγουσιν ἄκοντες, κἂν ἀφέλῃς αὐτοῦ (θείου) τὸ ἀγαθὸν, ὡς Λεύκιππος, κἂν προσθῇς τὸ ὁμοπαθές, ὡς Δημόκριτος·*

deos dicit, qui, ut omnia, atomorum concretione orti mutantur et intereunt. Ignoscas loquacitati meae: unum addo de Plinio. Fingamus Democritum aliquando, sicut orcum et inferos deos metu male viventium explicavit, ita superorum opinionem praemia sperantibus dedisse. Quod cum suo modo ita protulisset: duo omnino numina sunt, poena et beneficium cet., Plinius facile scribere potuit, quod scripsit Hist. nat. II, 5.

> innumeros quidem deos credere atque etiam ex virtutibus vitiisque hominum, ut Pudici-

tiam, Concordiam, Mentem, Spem, Honorem, Clementiam, Fidem aut, ut Democrito placuit, duos omnino, Poenam et Beneficium, maiorem ad socordiam accedit.

Cf. in Democriteis v. εἴδωλα et fragm. 22. 23.

Age nunc relicta vestigia repetamus. Democritus in universum sensus atque cogitationes idolis fieri foris advenientibus, neque horum alterutrum cuiquam contingere, nisi pulsu imaginis, decrevit. Ita, inquit Cicero de Epicuro:

quae mutat, ea corrumpit, quae sequitur, sunt tota Democriti: atomi, inane, imagines, quae idola nominant, quorum incursione non solum videamus, sed etiam cogitemus.

Plut. plac. philos. IV, 8 cum Galen. 24.

Λεύκιππος, Δημόκριτος τὴν αἴσθησιν καὶ τὴν νόησιν γίνεσθαι εἰδώλων ἔξωθεν προσιόντων· μηδενὶ γὰρ ἐπιβάλλειν μηδετέραν χωρὶς τοῦ προσπίπτοντος εἰδώλου.

Quanam autem re differunt inter se sensus et cogitationes? Hoc quale sit, mox: nunc illud exponendum est, quomodo naturae varietas intelligenda sit. Hoc enim Democritus, si quid aliud, diligentissime curabat, ut omnibus, quae apparent in natura, suas res quam proxime admoveret.

Iam igitur, quodcunque animae particeps est, (*πάντα δὲ μετέχειν φησὶ ψυχῆς ποιᾶς*,) id etiam *αἰσθάνεται*. Atque plantas

καὶ νοῦν καὶ γνῶσιν ἔχειν, Aristot. plant. 1.

neque animalia prorsus sine ratione esse,

> Παρμενίδης καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Δημόκριτος ταὐτὸν νοῦς καὶ ψυχή, καθ' οὓς οὐδὲν ἂν εἴη ζῶον ἄλογον κυρίως, Stob. phys. 790.

denique vel cadavera sentire docuit.

> Δημόκριτος τὰ νεκρὰ τῶν σωμάτων αἰσθάνεσθαι. Cod. Florent. G. p. 73.

Verum multa genera sunt τῆς αἰσθήσεως, quod vulgus fugit. Cod. Flor. G. p. 70.

> Δημόκριτος πλείους μὲν εἶναι τὰς αἰσθήσεις τῶν αἰσθητῶν, τῷ δὲ μὴ ἀναλογίζειν τὰ αἰσθητὰ τῷ πλήθει λανθάνειν· οἱ δὲ ἄλλοι πασισους. Leg. πάντες ἴσως.

atque alia apud animalia, alia apud sapientes deosque. Hoc est, quod Plutarchus dicit plac. phil. IV, 10.

> Δημόκριτος πλείους εἶναι αἰσθήσεις περὶ τα ἄλογα ζῶα καὶ περὶ τοὺς θεοὺς καὶ σοφούς. Idem in cod. Florent. G. Apud Galenum scriptum est ἢ περὶ τοὺς θεούς, utrumque bene, modo ne ad πλείους referatur. Et cod. Mosquens. scriptura placet: πλείους εἶναι αἰσθήσεις περὶ τὰ ἄλογα ζῶα καὶ περὶ τοὺς σοφοὺς καὶ περὶ τοὺς θεούς.

Atque eius quidem discriminis rationem posuisse eum arbitror in multitudine atomorum atque in mobilitate, ita ut, quantum mobiliores illae i. e. rotundiores minoresque sint, tantum aptiores ad sentiendum existant et ad cogitandum. Atque qui naturae vestigia accuratissime ubique pressit, is vel in ipso homine caput potuit distinguere tanquam minimarum mobilissimarumque animae particularum domicilium, ita ut sensus quidem omni anima vel ὅλῳ τῷ σώματι, ut Theophrastus dicit, percipiantur, cogitationes hac potissimum in parte oriantur. Et calidiora i. e. minora mobilioraque sur-

sum cursitare solent. Quare per se minime damnandum esse videtur, quod narrant Plutarchus plac. philos. IV, 5, Galenus c. 28, Theodoretus nat. homin. p. 545. 546.: praestantiorem quandam animi partem in capite versari. Tamen non urgeo.

Quae utcunque sint, restat gravis quaestio de veritate cognoscenda. In quo loco testimonia veterum tam diversa loqui visa sunt, ut duo potissimnm paria contrariorum componi possint. Ac primum Aristotelis verba *τὰ φαινόμενα εἶναι ἀληθῆ* illi non consentire videntur, quod Democritus sensus ad veritatem cognoscendam prorsus inutiles declaravit. Est autem illa principalis quaedam Atomicorum et *χαρακτηριστικὴ* sententia, qua *φαινόμενα* tantum vera esse dicunt, omnem praeterea vim negant, omnia omnino atomis suis reddunt vindicantque. Ita, ubi propria animi vis negatur, ea sententia interponitur: *τὸ γὰρ ἀληθὲς εἶναι τὸ φαινόμενον.* Atque omnino *ἐν τοῖς φαινομένοις* vera quaerenda sunt, quare in universum ratio habetur *τῶν φαινομένων*·

> *ἐπεὶ δ' ᾤοντο τὸ ἀληθὲς ἐν τῷ φαίνεσθαι, ἐναντία δὲ καὶ ἄπειρα τὰ φαινόμενα, τὰ σχήματα ἄπειρα ἐποίησαν.* Aristot. generat. et corrupt. I, 2.

Verum non omnia vera sunt, quae oculis, auribus, sensibus suis homines percipiunt; *τὰ φαινόμενά ἐστι τὰ ἀληθῆ*, etsi obscuris hominum et tenebricosis sensibus, quale quodque sit vel non sit, non perspicitur.

Atque alterius controversiae partes ita proteguntur. In altera parte Aristoteles, gravissimus auctor, *οὐ δὴ χρῆται*, inquit, *τῷ νῷ ὡς δυνάμει τινὶ περὶ τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ ταὐτὸν λέγει ψυχὴν καὶ νοῦν*· in altera Sextus Empiricus, levior quidem per se, sed libris et

fragmentis Democriti instructus et gravatus, οὐκοῦν, καὶ κατὰ τοῦτον, inquit, ὁ λόγος ἐστὶ κριτήριον τῆς ἀληθείας. Sed ipsum Democritum, cum eius fragmenta pluris habenda sint, quam Sexti verba, audiamus.

Γνώμης δὲ, inquit apud Sextum, *δύο εἰσὶν ἰδέαι, ἡ μὲν γνησίη, ἡ δὲ σκοτίη· καὶ σκοτίης μὲν τάδε συμπάντα ὄψις, ἀκοὴ, ὀδμὴ, γεῦσις, ψαῦσις· ἡ δὲ γνησίη ἀποκεκρυμμένη δὲ ταύτης· (εἶτα προκρίνων τῆς σκοτίης τὴν γνησίην ἐπιφέρει λέγων·) ὅταν ἡ σκοτίη μηκέτι δύναται μήτε ὁρᾷν ἐπ' ἔλαττον μήτε ἀκούειν μήτε ὀδμᾶσθαι μήτε γεύεσθαι μήτε ἐν τῇ ψαύσει αἰσθάνεσθαι· ἀλλ' ἐπὶ λεπτότερον.*

(Quid, quod Democriti de *γνησίῃ γνώμῃ* verba effugere videtur?) Democritus sensus damnat, cogitationes praefert. Neque Sextum in sua re *mentiri* dixerim. Philosophorum enim de veritate cognoscenda decreta colligens Democritum inveniebat damnantem sensus, cogitationem praeferentem. Ipse Democritus primum, naturae res suas supponendi peritissimus, totam cogitandi rationem atomis suis et imaginibus explicavit (de qua re nihil traditur, nisi forte tria verba ἀλλ' ἐπὶ λεπτότερον—, coniecturas meas nunc retineo); dein vero, etsi sensibus cogitationem praeferens, hominem intimam rerum cognitionem, quoniam omnia adventicia sunt, nunquam adepturum esse docuit. Itaque *ἀποδείξει* quoque, quae ipsa *αἰσθήσεσι* nititur, vehementer repugnavit in eodem libro ex quo fragmentum illud transscriptum est. (v. Sext. Empir. 520.) Revera, quale quodque sit vel non sit, non intelligitur; veritas enim iu profundo demersa et abstrusa penitus est.

Iam, ut quatuor illa breviter iterando coniungam: *τὰ φαινόμενα* tantum vera sunt; in cognoscenda veri-

tate sensus nostri damnandi, cogitationes praeferendae sunt; de perfecta rerum cognitione hominibus desperandum. Licet igitur Democritus in eo vacillasse et fluctuasse videatur, quod sensus et cogitationes modo plus modo minus accusaverit laudaveritve, in principiis summisque doctrinae locis constans sibi fuisse videtur atque idem.

Atque de his quidem rebus contraria veteres narrare videbantur, de affectibus animi nihil tradunt. Hoc in universum verisimile est, positos illos a Democrito esse in συμμετρίᾳ atque in motu atomorum animae. Cui rei fidem faciunt, quae de felicitate traduntur; etiam illud, quod idolis praeter corporum imagines consilia hominum et affectus inhaerere docuit, (τὰ κατὰ ψυχὴν κινήματα καὶ βουλεύματα καὶ ἤθη καὶ πάθη, Plut. quaest. symp. VIII, 1,) ita ut vel alius alium idolis suis corrumpere possit. (Plut. symp. quaest. V, 6.) Et ἀγαθοποιὰ deorum εἴδωλα ut ad animam suam accederent, optabat.

DEMOCRITEA.

I. *Voces orationis Democriti Abderitae propriae.*

In libris Democriti, qui de omnibus paene rebus scripsit, permulta legebantur, quae cum patria suppeditasset, grammaticorum diligentia colligenda et illustranda essent. In quo loco nominandus est Callimachi, magni grammatici, *πίναξ τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων*, et Hermesianactis, in regione Troade nati, *περὶ τῶν Δημοκρίτου λέξεως βιβλίον ἕν.* Atque, praeter patrias voces alienasque, et accuratissima doctrina coactus et pulcherrimo ingenio incitatus novis modis linguam formabat, quae augeri formis et ornari, dummodo doctum artificem invenisset, minime cohiberet. Ita formabat, flectebat, componebat, distinguebat suo modo, Homeri et epici carminis nitorem sequebatur, novis ipse verborum luminibus splendens incedebat.

Quarum rerum exempla paucissima, quae feruntur, collegi. Quorum alia quidem inutilia sunt, alia, si accurate animum advertis, ingenium viri illustrant.

'*Α* *βραχέως καὶ δασέως ἐκφερόμενον ἅτινα σημαίνει, παρὰ δὲ Δημοκρίτῳ ἴδια.* Suid.

'*Αδημοσύνη·* Stob. VI, 55.

'*Αμαυρίσκω·* Cod. Flor. G. p. 14.

'*Αμειψιρῥυσμίη·* v. *ῥυσμός.*

'*Αμφιδήτιοι·* *ὡς κρίκοι διάκενοι παρὰ Δημοκρίτῳ.* Hesych. A voce *ἀμφιδέες· ψέλλια, κρίκοι.*

('*Ανάφυσις·* ap. Aelian. nat. animal. XII. 18.)

'*Ανεόρταστον·* Stob. XVI, 21.

Απανδόκευτον· ibid.

'*Απατητόν·* *τὸ ἀνωμάλως συγκείμενον παρὰ Δημοκρίτῳ.* Hesych.

'*Αποχαράξεις βαθμοειδεῖς κώνου,* ap. Plut. V, 406. W.

'*Αρπεδονάπται·* ap. Clem. Alexandr. *οἱ Αἰγυπτίων καλεόμενοι ἀρπεδονάπται.* Sturzius *ἀρπεδόνας* memoravit et sacerdotes Aegyptiorum fila in capite gerentes; Iablonskius copticam vocem *arpedunabat.* Hoc tenendum est, de *aegyptia* voce cogitandum esse, quae vel ipsa translata in graecum sermonem vel interpretatione reddita est. Non dubitarem Iablonskio credere, si certior eius de aegyptia voce disputatio esset.

'*Ασκληρές·* *ἰσόπλευρον παρὰ Δημοκρίτῳ.* Hesych. Coniecerunt vv. dd. *ἀσκελές, ἀσκαυρές.* In codice scriptum est *ἀσκαληρές.*

'*Αφολκή·* Clem. Alexandr. Strom. II §. 138.

Βροχμώδης· *ἡ νοτερὰ καὶ ἁπαλή· Δημόκριτος.* Hesych. Ita enim vel liquoris varia genera distinguebat. Cf. Theophr. de sens. §. 50.

Βρόχος· *ἀγκύλη· Δημόκριτος.* Hesych.

Δέν· Plut. contra Colot. — *ὁ Κολώτης ἐσφάλη περὶ λέξιν τοῦ ἀνδρός, ἐν ᾗ διορίζεται μὴ μᾶλλον*

τό δὲν ἢ τὸ μηδὲν εἶναι· δὲν μὲν ὀνομάζων τὸ σῶμα, μηδὲν δὲ τὸ κενόν. Democritus hoc sibi fecisse, qualis fuit, a voce μηδέν, resecto capite, videri possit. Idque video visum esse nonnullis. Sed vox fuit δείς, δέν, separanda a voce εἷς, ἓν significansque τίς, τί. Cuius rei praeter grammaticorum clamorem (Etymol. magn. v. οὐθέν et οὐδείς. Gudiau. v. οὐδέν. Cramer. anecd. graec. II p. 47. p. 364) tria vestigia exstant: unum, de quo hic agitur, Democriti; alterum Alcaei, in cuius ἐννάτῳ, auctore Zenobio, legebatur: κοὐδὲν ἐκ δενὸς γένοιτο; tertium in voce δεῖνα, δεῖνος cet. Interpretationem vocis praeter Aristotelicam (τὸ ὄν) videre mihi videor apud Simplicium ad phys. f. 68, b. προσαγορεύει — τῶν οὐσιῶν ἑκάστην τῷ τ ῷ δ ε καὶ νάστῳ καὶ τῷ ὄντι. Mutata vox est apud Galenum: καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτ' εἴρηκεν αὐτός, ἓν μὲν τὰς ἀτόμους ὀνομάζων, μηδὲν δὲ τὸ κενόν.

Δεξαμεναί· ὑδάτων δοχεῖα· καὶ ἐν τῷ σώματι φλέβες. Δημοκρίτου. Hesych.

Διαθιγή· τάξις. v. ῥυσμός.

Δόξις· i. e. δόξα. Sext. Empir. 600. Cf. φήμη et φῆμις.

Δυοχοῖ· πωμάζει παρὰ Δημοκρίτῳ. Δυοχῶσαι· πωμάσαι. Hesych.

Ἐγκαταβυσσοῦσθαι· Plut. symp. quaest. VIII, 10.

Ἐπικαινουργεῖν· Stob. I, 40.

Ἐπιῤῥύσμιος· Sext. Empir. 399. Ἐπιῤῥύσμιος· ἐπιῤῥέων. Hesych.

Ἐπισυῤῥοια· Aelian. nat. animal. XII, 20.

Ἐτεή· ἡ, Sext. Emp. 399. i. e. ἡ ἀλήθεια, singulari modo dicta. Cf. in sequentibus ἡ συγγονή. —

Ἐτεῇ λέγει ἀντὶ τοῦ ἀληθείᾳ. Sext. Emp. 54. Ὅπερ δ' αὖ πάλιν ἐτεῇ λέγει παρὰ τὸ ἐτεὸν, ὅπερ ἀληθὲς δηλοῖ, ποιήσας τοὔνομα. Galen. de element. ap. Hippocr.

Εὐθύγνωμος· Democrates in cod. Flor. G. p. 40.

Εὔλογχος· (λόγχη, sors.) Plut. et Sext. Emp. *Εὐλογχεῖν*· εὐμοιρεῖν. Hesych.

Ἰθύτρην· εἰς ων οὐδέτερον μονογενὲς ἢ εἰς ην ἢ εἰς ἀν ἢ εἰς ἐν ἢ εἰς υν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν· τὸ γὰρ ἰθύτρην παρὰ Δημοκρίτῳ βεβίασται. Οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου. Theognost. ap. Bekker. anecd. p. 1168. Nunc ap. Cramer. anecd. graec. II p. 79 cum scholio: *μονογενῆ δὲ εἰπὼν ὁ κανὼν ὀνόματα νοεῖ.*

(*Ἰσάτις*· i.'e. color ἰσάτιδος. Theophr. de sens. §. 77.)

(*Κακοφραδμοσύνη*· Stob. LXXXIII, 62.)

Λάπαθος· Δημόκριτος τοὺς παρὰ τῶν κυνηγετῶν γινομένους βόθρους λαπάθους καλεῖ διὰ τὸ κεκενῶσθαι. Etymol. magn. v. ἀλαπάζειν. Idem in anecd. graec. ed. Cramer. I.

Ἀμέλει Δημόκριτος τοὺς βόθρους τοὺς πρὸ τῶν κυνηγῶν σκαπτομένους, οἷς ὑπεράνω κόνις λεπτὴ ἐπιχεῖται καὶ φρύγανα ἐπιβάλλεται, ἵνα οἱ λαγωοὶ ἐμπίπτουσιν εἰς αὐτοὺς, λαπάθους φησὶ καλεῖσθαι. Anecd. graec. Bachmann. I p. 64. Idem in anecd. Bekker. p. 374.

Ὁλοοίτροχος· Δημόκριτος τὸ κυλινδρικὸν σχῆμα ὁλοοίτροχον καλεῖ. Etymol. magn. Haec vox tribus modis explicari potest, 1. a voce τρέχω et ὀλοός, 2. a τρέχω et ὅλος; ὁλότροχος, ὁλοίτροχος, ut ὅδοι —, χοροι —. Cf. ὁλόστροφε ap. Hesych. et ἐνολοίστροφε ap. Lactant. instit. I, 7. Hoc enim retinendum esse videtur in versu

πάνσοφε, παντοδίδακτ', ἑνολοίστροφε, κέκλυθι δαῖμον·

ita enim libere componunt, ut *ἐναυλακόφοιτις*, *ἐνωτοκοίτης*, *ἐννγρόβιος*. 3. a. *τρέχω* et *ἕλω*; *ϝελϝω*, volvo, *ὅλμος* i. e. *κύλινδρος*. Cf. *ἑλελίστροφε* ap. Hesych. Quod nunc mitto. Democritus certe primam rationem non secutus est. Quid enim? „Cylindrum *ὁλοοίτροχον* vocat." Hoc non semel dixisse videtur. Itaque in voce praecipua causa querenda est, non in poetica nostri locutione. Dicebat igitur pro *κύλινδρος*, epicum sermonem eleganter imitatus, simili voce *ὁλοοίτροχος*.

Ὀρθοσύνη· Democrates ap. Orell. 6.

(*Πλατυμέτωπος*· Aelian. nat. anim. XII, 19.)

Πυκνάρμων· Stob. phys. 594.

Ῥυσμός· *σχῆμα — διαφέρειν τὸ ὂν ῥυσμῷ καὶ διαθιγῇ καὶ τροπῇ, τούτων δὲ ὁ μὲν ῥυσμὸς σχῆμά ἐστιν, ἡ δὲ διαθιγὴ τάξις, ἡδὲ τροπὴ θέσις.* Aristot. metaph. p. 15 Br. Unum locum pro multis transscripsi. *Ῥυσμὸς* legitur in inscriptione *περὶ τῶν διαφερόντων ῥυσμῶν* et apud Aristotelem, qui vocabulum in sua oratione retinuit de anim. I, 2.

ῥυσμοῦν ap. Stob. IV, 73.

μεταῤῥυσμοῦν legendum est in cod. Flor. G. p. 40.

ἡ φύσις καὶ ἡ διδαχὴ παραπλήσιόν ἐστι· καὶ ἡ διδαχὴ μετὰ ῥυσμοῦ τὸν ἄνθρωπον, μετὰ ῥυσμοῦ δὲ ἡ φύσις ποιεῖ·

quae verba, monente Burchardo, levi litterarum mutatione ex Clementis Alexandrini loco

— διόπερ ὁ Δημόκριτος εὖ λέγει, ὡς ἡ φύσις καὶ διδαχὴ παραπλήσιόν ἐστι· — καὶ γὰρ ἡ διδαχὴ μεταῤῥυθμίζει τὸν ἄνθρωπον, μεταῤῥυθμοῦσα δὲ φυσιοποιεῖ.
ita emendantur:

ἡ φύσις καὶ ἡ διδαχὴ παραπλήσιόν ἐστι· καὶ ἡ διδαχὴ μεταῤῥυσμοῖ τὸν ἄνθρωπον, μεταῤῥυσμοῦσα δὲ φυσιοποιεῖ.

Theodoret. IV init. Δημόκριτος — φασι παραπλήσιον εἶναι τῇ φύσει λέγειν τὴν ἀρίστην διδασκαλίαν· μεταμορφοῦν γὰρ δὴ καὶ μεταῤῥυθμίζειν πρὸς τὸ βέλτιον τὴν ψυχήν. In physica disputatione, cum variae rerum formae varia atomorum compositione existant: ῥυσμοῦσθαι· συγκρίνεσθαι Hesych. et ἀμειψιῤῥυσμεῖν· μεταλλάσσειν τὴν σύγκρισιν ἢ μεταμορφοῦσθαι Hesych. Inde ap. Thrasyllum liber περὶ ἀμειψιῤῥυσμιῶν, i. e. de mutatione concretionum i. e. rerum.

Σοῦς· Ἀβδηριτική ἐστι φωνὴ τὴν κίνησιν καὶ τὴν ὁρμὴν δηλοῦσα Simpl. de coel. cod. Reg. 1853. Aristoteles plus dicit de coelo IV, 6 φησὶ γὰρ οὐκ εἰς ἓν ὁρμᾶν τὸν σοῦν· λέγων σοῦν τὴν κίνησιν τῶν ἄνω φερομένων σωμάτων.

Σπουδαιόμυθος· Democrates ap. Orell. 70.

Συγγόνη· σύστασις· Δημόκριτος. Hesych.

Τενθρηνιῶδες· οἱ δὲ ἀκέρῳ ταῦροι τὸ τενθρηνιῶδες, οὕτω δὲ ὀνομάζει Δημόκριτος, ἐπὶ τοῦ βρέγματος οὐκ ἔχοντες· εἴη δ'ἂν τὸ σηραγγῶδες λέγων. Aelian. nat. anim. XII, 20. Hesych. τενθρήνιον· κηρίον, τενθρηνιῶδες· πολὺ καὶ κενὸν κηρίον καὶ ἀραιόν. Schneid. πολύκενον

κηρίον καὶ ἀραιόν. Scr. *πολύκενον ὡς κηρίον καὶ ἀραιόν.*

Τροπή· *θέσις·* v. *ῥυσμός.*

Φλεβοπαλίη· *Δημόκριτος φλεβοπαλίαν καλεῖ τὴν τῶν ἀρτηριῶν κίνησιν.* Erotian. voc. Hippocr.

Φυσιοποιεῖν· v. *ῥυσμός.*

Tantum. Nam quod *γέμμα* dicebat pro *γάμμα* et *μῶ* pro *μῦ* (Eustath. et Phot.) quodque nomina litterarum flectebat (Anecd. Bekker.) et *κέκλιται* a *κλίνω* formabat (Anecd. graec. Cramer. II, 396): haec et alia eius generis nolui hic congerere.

II. *Voces doctrinae Democriti propriae.*

Ἀλληλοτυπίη· v. *δίνη.*
Ἀνάγκη· v. *δίνη.*
Γνώμη σκοτίη καὶ γνησίη. v. fragm. 7.
Δείκελα· v. *εἴδωλα.*
Δίνη· Atomi in infinito inani ita feruntur, ut concursionibus se invicem pulsent. Ac motus ille atomorum in universum *δίνη* vocatur (turba atomorum et turbulenta concursio ap. Ciceron.). Oritur impulsione *ἀλληλοτυπίᾳ, ἀντιτυπίᾳ, ἀντωθήσει τῇ πρὸς ἄλληλα,* quam *πληγὴν* Democritum nominasse Cicero dicit de fato 20. idemque vocabulum exstat ap. Plut. plac. phil. I, 26. Galen. 10. Simplic. phys. *Δημόκριτος — τά ἄτομα πληγῇ κινεῖσθαί φησιν.* Denique singularum atomorum motus *πάλμος* vocatur. Stob. phys. 394. Simpl. phys. 310. a. *περιπαλαίσεσθαι γὰρ ἔλεγεν τὰ ἄτομα σώματα.* Atque *δίνη* propria Democriti in hac re vox fuit. Praeter Diogenis enim locum et Sext. Empir. 599. *ὥστε κατ' ἀνάγκην μὲν καὶ ὑπὸ δίνης, ὡς ἔλεγον οἱ περὶ Δημόκριτον, οὐκ ἂν κινοῖτο ὁ κόσμος·* Aristotelem legas phys. II, 4.

ubi Democritum significat: *εἰσὶ δέ τινες, οἳ καὶ τοῦ οὐρανοῦ τοῦδε καὶ τῶν κοσμικῶν πάντων αἰτιῶνται τὸ αὐτόματον· ἀπὸ ταυτομάτου γὰρ γίνεσθαί φασι τὴν δίνην καὶ τὴν κίνησιν τὴν διακρίσασαν καὶ καταστήσασαν εἰς ταύτην τὴν τάξιν τὸ πᾶν·* et fragmentum Democriti ap. Sext. Emp. 395, quo docet similia motu ad similia ferri: *καθάπερ ὁρᾷν πάρεστιν ἐπί τε τῶν κοσκινευομένων σπερμάτων καὶ ἐπὶ τῶν παρὰ ταῖς κυματωγαῖς ψηφίδων· ὅπου μὲν γὰρ κατὰ τὸν τοῦ κοσκίνου δῖνον διακριτικῶς φακοὶ μετὰ φακῶν τάσσονται καὶ κριθαὶ μετὰ κριθῶν καὶ πυροὶ μετὰ πυρῶν· ὅπου δὲ κατὰ τὴν τοῦ κύματος κίνησιν κ. τ. λ.* Denique eadem vox in uno illo Democriti, quod de generatione rerum servatum est, fragmento restituenda est. Ita enim Simplic. ad phys. f. 73. b., ubi Aristotelis locus supra memoratus explicatur: *ἀλλὰ καὶ Δημόκριτος ἐν οἷς φησι, δεῖν ἀπὸ παντὸς αποκρίνεσθαι παντοίων εἰδέων, πῶς δὲ καὶ ἀπὸ τίνος αἰτίας μὴ λέγει, ἔοικεν ἀπὸ ταυτομάτου καὶ τύχης γεννᾶν αὐτά,* quae ita emendo: *ἀλλὰ καὶ Δημόκριτος ἐν οἷς φησι, δίνη ἀπὸ παντὸς ἀποκρίνεσθαι παντοίων εἰδέων κ. τ. λ.* Quod Aristotelis verba flagitant, Simplicii commentarius postulat, Themistii similis locus suadet f. 25. b. Cf. Diogenes Laertius de Leucippo c. 3. Apud Simplicium igitur vox nostra restituenda erat, e duobus aliis locis celeriter eiicienda est. Alter est ap. Stob. phys. 158. et Plut. plac. philos. I, 25: *Παρμενίδης καὶ Δημό-*

κριτος πάντα κατ' ἀνάγκην· τὴν δ' αὐτὴν εἶναι καὶ εἱμαρμένην καὶ δίνην καὶ πρόνοιαν καὶ κοσμοποιόν· ubi tam nulla ratione virorum doctorum coniectura intrusa est, ut satis sit admonuisse. Alter est Diogenis IX, 44. τόντε ἥλιον καὶ τὴν σελήνην ἐκ τοιούτων δινῶν καὶ περιφερῶν ὄγκων συγκεκρίσθαι καὶ τὴν ψυχὴν ὁμοίως κ. τ. λ. Scribendum est cum codd. ἐκ τοιούτων λείων καὶ περιφερῶν ὄγκων, quod Cicero ita vertit: levibus et rotundis corpusculis. Quod apud Plut. plac. philos. I, 23. legitur: Δημόκριτος ἓν γένος τῆς κινήσεως τὸ κατὰ πλάγιον, scriptori, qui propter sequentia mutavit, reddendum est; lege: τὸ κατὰ πάλμον. Apud Galenum c. 10. inter ἀλληλοτυπίαν et πληγὴν minus apte φορὰ inserta est, i. e. ἡ κατὰ τόπον κίνησις. Iam concursionibus illis efficiuntur ea, quae sunt quaeque cernuntur omnia, ex nullo principio, sed ex aeterno tempore per necessitatem. Δίνη· πληγή· ἀνάγκη· τύχη. Atque in hunc locum omnia de hac re testimonia colliguntur, velut Diogenis: πάντα κατ' ἀνάγκην γίνεσθαι, τῆς δίνης αἰτίας οὔσης τῆς γενέσεως πάντων, ἣν ἀνάγκην λέγει· et Sexti Empirici: κατ' ἀνάγκην καὶ ὑπὸ δίνης· vel Plutarchi: οὐσίαν τῆς ἀνάγκης ἀντιτυπίαν εἶναι καὶ πληγὴν τῆς ὕλης· vel Aristotelis: ἀπὸ ταυτομάτου γίνεσθαι τὴν δίνην· et Simplicii: τῇ τῶν ἀτόμων κινήσει ὡς ἔτυχε γινομένῃ συνίστασθαι τὰ ἀποτελέσματα· vel Galeni: τὸν κόσμον διοικεῖσθαι φύσει τινὶ ἀλόγῳ· et Ciceronis: nulla cogente natura, concursu quo-

dam fortuito, nulla ratione; omnia fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferat.

Εἴδωλα· Imagines, quae a rebus continenter fluentes, quodcunque illarum est, secum trahunt, et per foramina in animos immergunt eosque pulsant, (*ἀποῤῥεῖν*, *ἀποῤῥοή*, *διὰ τῶν πόρων ἐγκαταβυσσοῦσθαι*, *κινεῖν*, *κίνησις*,) a Democrito, praeter generalem vocem *ἀποῤῥοίας*, *εἴδωλα* nominatas esse, omnes tradunt inde ab Aristotele ad ultimos. Explicabat autem idolis suis praeter physicas res sensus, somnia, cogitationes. Atque inter sensus id genus *εἰδώλων*, quod ad visum pertinet (*ἀποῤῥοίας μορφῆς*, ut Theophrastus dicit) propria voce nominasse videtur. v. Etymol. magn. v. *δείκελον· παρὰ Δημοκρίτῳ κατ' εἶδος ὅμοια τοῖς πράγμασιν ἀπόῤῥοια.* Hesych. *δείκελα· ἀπόῤῥοα.* Apud Latinos Catius diligenter vertit spectra, Lucretius plerumque simulacra, iu cuius vocis priore parte (simulac) ludere mihi videtur, ubi dicit:

Ergo multa brevi spatio simulacra geruntur,
Ut merito *celer* his rebus *dicatur origo.*

IV, 161. Separandum hoc genus imaginum est a deorum idolis, quae immerito Themistius et Michael Ephesius ad Aristotelis divinat. per somn. 2. attnlerunt. Restat, ut verba Ciceronis interpreter de nat. deor. II, 30: primum aut negandum est esse deos, quod et Democritus simulacra et Epicurus imagines inducens qnodam pacto uegant. In quo loco haeres, si meministi alterius loci de nat. deor.

I, 43. Cicero hic distinguit inter simulacra et imagines. Simulacra τὰ εἴδωλα Democriti significant, imagines illos Epicuri deos, qui quasi corpus habent et quasi sanguinem.

Ἐπάλλαξις καὶ διάλλαξις. v. σύγκρισις καὶ διάκρισις.

Ἐτεῇ τὰ ἄτομα μόνον ἐστὶ καὶ κενόν. Primum enim, quaecunque corpora cernuntur, non revera continua sunt, sed, ex atomis et inani composita, tactu tantum cohaerent. Dein omnes rerum qualitates ad atomorum σχῆμα, μέγεθος, θέσιν, τάξιν referendae sunt. Ac de gravi et levi, de duro mollique, de coloribus, saporibus cet. et Theophrastus περὶ αἰσθήσεως accurate exposuit, neque huius loci est disputare; de uno breviter dicam, quod Theophrastus (fortasse ἐν τοῖς φυσικοῖς copiosius tractatum. v. Simpl. de coel. 139. b. 142. a.) in illo libello non nisi tangit, calidum dico frigidumque. Ac primum monendum est calidi et frigidi naturam nullam esse, sed figuras advenientes illam corporis affectionem afferre. Calido autem Democritus in universum rotundas figuras dedit et exiguas, frigido ceteras. Atque, sicut in homine, ita per omnem naturam rotundae parvaeque atomi, cum omnis motus iis oriatur, anima quasi universi sunt. Quod autem ignis mobilis est et urit, figura explicatur; rotundae enim atomi mobilissimae sunt διὰ τὸ ἐλαχίστων ἅπτεσθαι, et, quia sphaera tota angulus est, urunt. (διότι τὸ μὲν ὅλον ἐστὶ γωνία — Δημοκρίτῳ δὲ ἡ σφαῖρα ὡς γωνία τις οὖσα τέμνει Aristot. coel. III, 8.) Quae autem rotundis et magnis atomis con-

stant, ea rubra tantum sunt; nam calidum nil, nisi quod simul parvum est. Et quanto maioribus sphaeris res constant, tanto rubriores sunt; quanto rotundioribus minoribusque atomis compositae, tanto calidiores. Hoc etiam in Simplicii verbis inest ad phys. f. 8. a. *οἱ δὲ περὶ Λεύκιππον καὶ Δημόκριτον τὰ ἐλάχιστα πρῶτα σώματα ἄτομα καλοῦντες κατὰ τὴν τῆς τάξεως διαφορὰν τὰ μὲν θερμὰ γίνεσθαι καὶ πύρεια τῶν σωμάτων, ὅσα ἐξ ὀξυτέρων* (i. c. plures angulos habentium, quo rotundae formae propinquiora sunt) *καὶ λεπτομερεστέρων* (tenuiorum) *καὶ κατὰ ὁμοίαν θέσιν κειμένων σύγκειται τῶν πρώτων σωμάτων· τὰ δὲ ψυχρὰ καὶ ὑδατώδη, ὅσα ἐκ τῶν ἐναντίων.* Omnes igitur qualitates ad *σχῆμα*, *θέσιν*, *τάξιν* retulit. Quarum grave quidem et leve atque durum et molle ipsa atomorum natura et compositione existere videntur, dulcedo et frigus et rubor et cetera nullam omnino cum figura et compositione atomorum coniunctionem habent hominibusque tota tribuenda sunt. Quod suis verbis ita dicit: *νόμῳ γλυκὺ καὶ νόμῳ πικρόν, νόμῳ θερμόν, νόμῳ ψυχρόν, νόμῳ χροιή· ἐτεῇ δὲ ἄτομα καὶ κενόν.* Opposita sunt igitur *νόμῳ* (*νομίζεσθαι*, *νόμιμα*) et *ἐτεῇ*. Interpretationes illius vocis leguntur in cod. Flor. G. p. 71. *οἱ μὲν ἄλλοι φύσει τὰ αἰσθητά, Λεύκιππος, Δημόκριτος νόμῳ· τοῦτο δ' ἔστι δόξῃ καὶ πάθεσι τοῖς ἡμετέροις·* et ap. Galen. de element. ap. Hippocr. *τὸ γὰρ δὴ νόμῳ ταὐτὸ βούλεται τῷ οἷον νομιστὶ καὶ πρὸς ἡμᾶς, οὐ κατὰ τὴν αὐτῶν τῶν πραγμάτων φύσιν.* Idem

Cicero feliciter interpretari videtur acad. I. §. 44: opinionibus et institutis.

Εὐθυμίη· τέλος δ' εἶναι τὴν εὐθυμίαν· καλεῖ δ' αὐτὴν καὶ εὐεστὼ καὶ πολλοῖς ἄλλοις ὀνόμασι. Diog. Laert. Talia sunt: ἀθαμβίη, ἀταραξίη, ἀθαυμασίη, συμμετρίη, ἁρμονίη, εὐσχημοσύνη, τέρψις.

Ἰδέη vel εἶδος formam atomorum significat. Cf. Aristot. phys. I, 2. σχήματι ἢ εἴδει· ita enim solet proprias voces apponere. Atque ipsas atomos hac voce significatas esse, (quod omnino credi potest,) Plutarchus auctor est adv. Colotem: εἶναι δὲ πάντα τὰς ἀτόμους ἰδέας ὑπ' αὐτοῦ καλουμένας, ἕτερον δὲ μηδέν. Cuius rei vestigium apud Hesychium exstare videtur v. ἰδέα — καὶ τὸ ἐλάχιστον σῶμα. Itaque Sexti Empirici liber περὶ ἰδεῶν significat περὶ ἀτόμων, qui liber apud Diogenem Laertium nominatur in vita Epicuri. Praeterea elegantiae viri erat vocibus variare. In quo loco hoc moneo, ἄτομα legi apud Aristotelem de anima I, 2. et in fragmentis apud Sext. Empir. Quod Cicero imitatus est in Lucullo §. 55. Quod idem in acad. poster. I, 6 scripsit: quid est enim magnum, quum causas rerum efficientium sustuleris, de corpusculorum — ita enim appellat atomos — concursione fortuita loqui? vocem ὄγκη significare videtur, nisi illud propter numerum apposuit.

Ναστὸν καὶ κενόν. Primum atomorum inventorem principia sua, quae statuit, a solido et inani nominasse verisimile est; itaque Leucippo omnes dant τὸ πλῆρες καὶ τὸ κενόν. In qua re De-

mocritus voce *ναστὸν* potissimum usus esse videtur v. Theodoret. p. 528. (tantum enim recipio ex eius narratione) et Stob. phys. 306. et Simplic. de coel. 68. b. *προσαγορεύει δὲ τὸν μὲν τόπον τοῖσδε ὀνόμασι τῷτε κενῷ καὶ τῷ οὐδένι καὶ τῷ ἀπείρῳ· τῶν δὲ οὐσιῶν ἑκάστην τῷ τῷδε καὶ νάστῳ καὶ τῷ ὄντι.* Alterum igitur principium Democritus *τὸ ναστὸν* nominavit et *τὸ δὲν*, alterum *τὸ κενόν*, *τὸ μηδέν*.

Νόμῳ· v. *ἐτεῇ*.

Πάλμος· v. *δίνη*.

Πανσπερμίη· complexionem atomorum significat, ex qua omnia procreantur. Legitur apud Aristotelem de anima I, 2. de gener. et inter. I, 2. phys. III, 4 et de coel. III, 4., ubi Aristoteles genitivum apposuit earum rerum, quae *πανσπερμίῃ* efficiuntur; Democritus fere *πανσπερμίη ἀτόμων* vel *ἰδεῶν* dixisse videtur.

Πληγή· v. *δίνη*.

Πολύσημον, ἰσόῤῥοπον, ..., νώνυμον (v. Procl. schol. ad Plat. Cratyl. c. 16; tertia vox deleta in codice est) argumenta significant, quibus Democritus verba non *φύσει* esse, sed *θέσει* docere conabatur. Ac primum memorabat *τὴν ὁμωνυμίαν*, quod uno verbo plures res significantur (*πολύσημον*); dein *τὴν πολυωνυμίαν*, quod plures voces unam rem dicunt (*ἰσόῤῥοπον*); porro *τὴν τῶν ὀνομάτων μετάθεσιν* (*μετώνυμον?*); denique *τὴν τῶν ὁμοίων ἔλλειψιν* (*νώνυμον*).

Ῥυσμῷ, διαθιγῇ, τροπῇ omnis rerum varietas existit. Quae quidem verba plerumque coniuncta le-

guntur, saepe etiam duo vel tria vel quatuor. Singularum enim atomorum differentia in solo ῥυσμῷ versatur, ῥυσμὸς autem praeter figuram etiam magnitudinem amplectitur. Atque de discrimine inter διαθιγὴν et τροπὴν Aristotelis quidem exemplum notum est: διαφέρει τὸ μὲν AN τοῦ NA τάξει, τὸ δὲ Z τοῦ N θέσει. Quod cum de una tantum vel duabus atomis rem illustret, non de multarum atomorum compositione, Theophrasti locum adscripsi de sens. §. 73. Τὰ δὲ ψαθυρὰ καὶ εὔθρυπτα (τῶν λευκῶν) ἐκ περιφερῶν μὲν λοξῶν δὲ τῇ θέσει πρὸς ἄλληλα, καὶ τὰς δύο συζεύξεις τὴν θ' ὅλην τάξιν ἔχειν ὅτι μάλιστα ὁμοίαν.

Σύγκρισις καὶ διάκρισις. In doctrina περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς explicanda vocibusque suis illustranda primum pro meis verbis Simplicii locum elegi, qui, nisi fallor, ipsius Democriti verbis subnititur, de coel. f. 68. a. ἐκ τούτων (οὐσιῶν) οὖν ἤδη, καθάπερ ἐκ στοιχείων, γεννᾶσθαι τοὺς ὀφθαλμοφανεῖς καὶ τοὺς αἰσθητοὺς ὄγκους· στασιάζειν δὲ καὶ φέρεσθαι ἐν τῷ κενῷ διάτε τὴν ἀνομοιότητα καὶ τὰς ἄλλας τὰς εἰρημένας διαφοράς· φερομένας δὲ ἐμπίπτειν καὶ περιπλέκεσθαι περιπλοκὴν τοσαύτην, ἣ συμψαύειν μὲν αὐτὰ καὶ πλησίον ἀλλήλων εἶναι ποιεῖ· φύσιν μέντοι ἐξ ἐκείνων κατ' ἀλήθειαν οὐδ' ἡντιναοῦν γέννᾳ· κομιδῇ γὰρ εὔηθες εἶναι τὰ δύο ἢ τὰ πλείονα γενέσθαι ἄν ποτε ἕν· τοῦ δὲ συμμένειν τὰς οὐσίας μετ' ἀλλήλων μέχρι τινὸς αἰτιᾶται τὰς ἐπαλλαγὰς καὶ τὰς ἀντιλήψεις τῶν σωμάτων· τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν εἶναι σκαληνά, τὰ δὲ ἀγκιστρώδη, τὰ δὲ ἄλλα ἀνα-

ῥίθμους ἔχοντα διαφοράς· ἐπὶ τοσοῦτον οὖν χρόνον σφῶν αὐτῶν ἀντέχεσθαι νομίζει καὶ συμμένειν, ἕως ἰσχυροτέρα τις ἐκ τοῦ περιέχοντος ἀνάγκη παραγενομένη καὶ σείσῃ καὶ χωρὶς αὐτὰς διασπείρῃ. Hic locus Stobaeo fidem affert et explicationem, phys. 416: Δημόκριτος φθείρεσθαι τὸν κόσμον (i. e. τοὺς κόσμους) του μείζονος τὸν μικρότερον νικῶντος. Cf. Origen. philosophum. φθείρεσθαι δὲ αὐτοὺς (κόσμους) ὑπ' ἀλλήλων προσπίπτοντας. Sicut enim de parvis rebus, ita etiam de magnis Democritus constituit. Simplicius ita pergit: λέγει δὲ τὴν γένεσιν καὶ τὴν ἐναντίαν αὐτῇ διάκρισιν (σύγκρισις excidit ap. Aldum et Brandis.) οὐ μόνον περὶ ζώων, ἀλλὰ καὶ περὶ φυτῶν καὶ περὶ κόσμου καὶ συλλήβδην περὶ τῶν αἰσθητῶν σωμάτων πάντων· εἰ τοίνυν ἡ μὲν γένεσις σύγκρισις τῶν ἀτόμων ἐστίν, ἡ δὲ φθορὰ διάκρισις κ. τ. λ. Cf. Plut. contra Colot. οὐσίας — ἐν τῷ κενῷ φέρεσθαι διεσπαρμένας· ὅταν δὲ πελάσωσιν ἀλλήλαις ἢ συμπέσωσιν ἢ περιπλακῶσι, φαίνεσθαι τῶν ἀθροιζομένων τὸ μὲν ὕδωρ, τὸ δὲ πῦρ, τὸ δὲ φυτόν, τὸ δὲ ἄνθρωπον· et Galen. de clement. ap. Hippocr. τὸ δὲ κενὸν χώρα τις, ἐν ᾗ φερόμενα ταυτὶ τὰ σώματα ἄνωτε καὶ κάτω σύμπαντα διὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος ἢ περιπλέκεταί πως ἀλλήλοις ἢ προσκρούει καὶ ἀποπάλλεται καὶ διακρίνει δὲ καὶ συγκρίνει πάλιν εἰς ἄλληλα κατὰ τὰς τοιαύτας ὁμιλίας, κἀκ τούτου τά τε ἄλλα συγκρίματα πάντα ποιεῖ καὶ τὰ ἡμέτερα σώματα καὶ τὰ παθήματα αὐτῶν καὶ τὰς αἰσθήσεις· et Simplic. coel. 56. b. φέρεσθαι ἐν τῷ κενῷ καὶ ἐπικαταλαμβανούσας

ἀλλήλας συγκρούεσθαι, καὶ τὰς μὲν ἀποπάλλεσθαι, ὅπῃ ἂν τύχωσι, τὰς δὲ περιπλέκεσθαι ἀλλήλαις κατὰ τὴν τῶν σχημάτων καὶ μεγεθῶν καὶ θέσεων καὶ τάξεων συμμετρίαν καὶ συμβαίνειν, καὶ οὕτω τὴν τῶν συνθέτων γένεσιν ἀποτελεῖσθαι. Jam voces Democriti in hac re tales erunt, quae non *γένεσιν* dicant vel *φθοράν*, sed compositionem et solutionem. Et ita feruntur *παράθεσις, μίξις, σύνοδος καὶ διάστασις*, alia, imprimis ubique *σύγκρισις καὶ διάκρισις*. Dein propria Democriti verba sunt *ἐπάλλαξις καὶ διάλλαξις*. Utraque vox apud Simplicium legitur de coelo 150. a. *ταύτας (ἀτόμους) δὲ μόνας ἔλεγον συνεχεῖς· τὰ γὰρ ἄλλα τὰ δοκοῦντα εἶναι συνεχῆ, ἁφῇ προσεγγίζειν ἀλλήλοις· διὸ καὶ τὴν τομὴν ἀνῄρουν, ἀπόλυσιν τῶν ἁπτομένων λέγοντες τὴν δοκοῦσαν τομήν· καὶ διὰ τοῦτο οὔτ' ἐξ ἑνὸς πολλὰ γίνεσθαι ἔλεγον (οὐ γὰρ διαιρεῖσθαι τὴν ἄτομον) οὔτ' ἐκ πολλῶν ἓν κατ' ἀλήθειαν συνεχές, ἀλλὰ τῇ συμπλοκῇ τῶν ἀτόμων ἕκαστον ἓν δοκεῖ γίνεσθαι· τὴν δὲ συμπλοκὴν Ἀβδηρῖται ἐπάλλαξιν ἐκάλουν, ὥσπερ ὁ Δημόκριτος.* Cf. Simplicii locum supra transcriptum et Aristotel. de coel. III, 4. *τῇ τούτων (πρώτων μεγέθων) συμπλοκῇ καὶ περιπλέξει πάντα γεννᾶσθαι*, ubi tres codd. Bekker. *ἐπαλλάξει*, cui scripturae Simplicii commentarius favet et Aristotelis consuetudo, qua proprias philosophorum voces orationi suae inserere, interpretatione vel praemissa vel addita, solet. Cf. phys. II. 4. *τὴν δίνην καὶ τὴν κίνησιν*, divinat. per somn. *εἴδωλα καὶ ἀποῤῥοίας.* Alter locus est phys. f. 51. 6. *οὐ γάρ ἐστι γέ-*

νεοίς φησιν, ἀλλὰ μόνον μῖξις τε καὶ διάλλαξις τῶν μιγέντων.

Σύνοδος ἄστρων i. e. stellae crinitae in fragm. 22. Tum enim Democritus putabat cometas in coelo cerni, cum duo vel plures planetae ita sibi propinqui facti sint, ut confuso in unum eorum lumine facies longioris sideris reddatur. Scilicet plures suspicabatur stellas esse, quae currant. Quod cum non cogitarent, alii nimium suum quinque planetarum numerum Democrito opposuerunt, alii fixas stellas sententiae eius addiderunt, ut Stob. phys. 582. Eodem modo Democritus lactei orbis fulgorem explicavit. In quo loco nuperrime Ideler ad Aristot. meteorolog. Aristotelem confudisse Anaxagorae et Democriti opiniones suspicatus est. Verum cum certissimo auctori manum intuleris, tota veteris physices historia contremiscet. Democritus ita docuit: galaxiam multas stellas esse parvasque, quae spisso tractu in unum coactae spatiis, quae angustissimae interiacent, opertis vicinae sibi undique et ideo passim diffusae, lucis aspergine continuum iuncti luminis corpus ostendunt. Macrobii verba sunt, probata locis Stob. phys. 596. Plut. plac. phil. III, 1. Galen. 17. cet. Proprium illius fulgorem eo existere, quod sol sub terram latus alias stellas cernat, alias non cernat; quot cernantur, earum propriam lucem, solis radiis impeditam, non fulgere; quibus autem terra, quominus videantur, obstet, eas suum ipsarum fulgorem spargere, eamque lactei circuli lucem esse. Aristot. Meteorol. I, 8. Atque illa re De-

mocritus continuitatem lucis, hoc colorem a ceterorum siderum fulgore diversum explicare conatus est.

Φύσις significat id, quod *revera* est. Simplic. phys. 510. a. οἱ περὶ Δημόκριτον τὴν κατὰ τόπον κίνησιν κινεῖσθαι λέγουσι τὴν φύσιν, τουτέστι τὰ φυσικὰ καὶ πρῶτα καὶ ἄτομα σώματα· ταῦτα γὰρ ἐκεῖνοι φύσιν ἐκάλουν. — Φύσις ἐστι τινὸς de eo, quod revera est, apud Theophrastum, alios. — Φύσεις in cod. Flor. G. p. 72. — ἀτόμων καὶ κενοῦ· ταῦτα γὰρ εἶναι μόνα φύσεις. — Φύσει oppos. νόμῳ Diogen. ποιητὰ νόμιμα εἶναι, φύσει δὲ ἄτομα καὶ κενόν. Themist. τὰ χρώματα οὐ συνυπάρχειν φύσει τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ νόμῳ. Oppos. τύχῃ Procl. ad Plat. Cratyl. τύχῃ ἄρα καὶ οὐ φύσει τὰ ὀνόματα. Ceterum nulla vox Proteo similior. In quo loco verba Plutarchi commemoranda videntur contra Colot. ὅθεν οὔτε χρόαν ἐξ ἀχρώστων, οὔτε φύσιν ἢ ψυχὴν ἐξ ἀποίων καὶ ἀπαθῶν ὑπάρχειν i. e. qualitas, quae revera est et a natura. Et Simplicii ad phys. f. 69. a. φύσιν μέντοι ἐξ ἐκείνων κατ' ἀλήθειαν οὐδ' ἡντιναοῦν γέννα i. e. corpus, quod revera cohaeret.

III. *Fragmenta, quae supersunt praeter moralia.*

Librorum a Democrito *πεντάθλῳ* scriptorum nomina apud Aristotelem et Theophrastum nulla leguntur. Inter grammaticos Callimachus *πίνακα* scripsit *τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων.* *) Quem librum Thrasyllus vix ante oculos habebat, cum scribebat *τὰ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων* i. e. prolegomena ad Democritum; tantum fide carere videntur, quae composuit. Diviserat autem omnem librorum copiam, sicut Platonis dialogos, *κατὰ τετραλογίαν.* Quem ordinem si interpretes cogitassent, non turbassent suis coniecturis librorum inscriptiones, vel unum librum in duos distrahentes vel triplices eiusdem libri inscriptiones cumulantes. Breviter dicam, quod Itali Rossii celeritatem et Hübneri sudorem aeque fugit. Consignantur apud Diogenem Laertium IX, 13. *ethicorum* librorum tetralogiae duae; *ἡ γὰρ εὐεστώ*, (quem librum dicunt quique huc referendus sit,) *οὐχ εὑρίσκεται· physicorum* quatuor, post quas novem scripta sin-

*) Haerebam aliquando in hac voce, ita post *γλωσσὰς* collocata, ac de *συνθέτοις* cogitabam.

gulos locos tractantia interposuit; *mathematicorum* tres; *musicorum* duae; *technicon* duae.

Apud alios scriptores hi fere libri vel inscriptiones nominantur. *Περὶ τέλους* apud Clementem Alexandrinum, generaliter dictum. *Περὶ εὐδαιμονίης ψυχῆς καὶ κακοδαιμονίης* apud Stobaeum phys. 76. ex Heerenii coniectura, qua non opus fuit. *Ὑποθῆκαι* apud Eusebium. *Περὶ ἰδεῶν* apud Sextum Empiricum. *Κανόνες* apud eundem 400. 520. *Περὶ πάθων* in etymologico magno v. *νένωται*. Quod apud Theophrastum de sens. §. 51 legitur *ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ εἰδῶν*, (Schneid. *εἰδώλων*,) de loco intelligo. *Δημόκριτος ἐν τοῖς σοφιστικοῖς* apud Galenum c. 5 turpiter scriptum est pro *Ὀνομάκριτος ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς*, quod videbam, cum legebam Sext. Empir. 135. 620. *Ἔγραψε δὲ καὶ ἐπιστολάς*. Suidas v. *Δημόκριτος*. Hoc ex suo ingenio brevi librorum catalogo addidit.

Fragmenta praeter aliquot Aristotelis, Theophrasti, Plutarchi, Aeliani paraphrases paucissima supersunt, eaque ad intimos doctrinae Democriteae locos explicandos vix quicquam valent. Utinam pulchritudine doctrinae inhaerente moti, si doctrinam negligebant, plura nobis servassent. Pauca illa ut semel uno loco contineantur, breviter conscribere paucisque verbis interpretari vel connectere volui *).

Initium primarii libri hoc fuisse videtur:

I. *Τάδε λέγω περὶ τῶν ξυμπάντων*. Haec loquor de universis. Cicer. acad. II, 23. Sext. Empir. 424. De origine rerum unus Simplicius videtur tria verba ser-

*) Hoc semel moneo, Democriti fragmenta non ad leges orationis Atticorum constituenda esse.

vasse ad Aristot. phys. f. 73. b. *Δημόκριτος, ἐν οἷς φησι*

II. *Δίνη ἀπὸ παντὸς ἀποκρίνεσθαι παντοίων εἰδέων.* De simili simile attrahente, quae res multis doctrinae locis adhibebatur, haec feruntur:

III. *Καὶ γὰρ ζῶα ὁμογενέσι ζώοισι συναγελάζεται, ὡς περιστεραὶ περιστερῇσι καὶ γέρανοι γεράνοισι καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀλόγων· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ ἀψύχων, κατάπερ ὁρᾷν πάρεστιν ἐπί τε τῶν κοσκινευομένων σπερμάτωνκαὶ ἐπὶ τῶν παρὰ τῇσι κυματωγῇσι ψηφίδων· ὅκου μὲν γὰρ κατὰ τὸν τοῦ κοσκίνου δῖνον διακριτικῶς φακοὶ μετὰ φακῶν τάσσονται καὶ κριθαὶ μετὰ κριθέων καὶ πυροὶ μετὰ πυρῶν· ὅκου δὲ κατὰ τὴν τοῦ κύματος κίνησιν αἱ μὲν ἐπιμήκεες ψηφίδες εἰς τὸν αὐτὸν τόπον τῇσι ἐπιμήκεσι ὠθέονται, αἱ δὲ περιφερέες τῇσι περιφερέσι, ὡς ἂν συναγωγόν τι ἐχούσης τῶν πραγμάτων τῆς ἐν τούτοισι ὁμοιότητος.* Sext. Empir, 395. Quam sententiam sua paraphrasi afferre videtur Plutarchus plac. philos. IV, 19., eo fortasse non dissimilis Democrito, quod Homeri versum commemorat:

ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον.

Omnia semper fuisse, neque quicquam fieri, nisi mutatione eorum, quae sunt, praeclare ita dixisse videtur:

IV. *Ἦν ἧμιν πάντα δυνάμει, ἐνεργείῃ δ' οὔ.* Aristot. metaphys. 241. Br. De principiis Democritus, Plutarcho teste, dicebat,

V. *Μὴ μᾶλλον τὸ δὲν ἢ τὸ μηδὲν εἶναι.* Quod Aristoteles interpretatur metaph. 15. Br. *οὐθὲν*

μᾶλλον τὸ ὂν τοῦ μὴ ὄντος εἶναι. In doctrina de sensuum veritate, quia idem aliis dulce, amarum aliis videatur, μὴ μᾶλλον γλυκὺ αὐτὸ ἢ πικρὸν εἶναι dicebat. Sext. Empir. 54. 81. Ita Theophrastus de sens. §. 69. καὶ πάλιν τὸ μηδὲν μᾶλλον ἕτερον τυγχανεῖν τῆς ἀληθείας. Cf. Aristot. metaphys. 77. Br. Scilicet ἁπλῶς τὸ μὲν σχῆμα καθ' αὑτό ἐστι, τὸ δὲ γλυκὺ καὶ ὅλως τὸ αἰσθητὸν πρὸς ἄλλο καὶ ἐν ἄλλοις, ὥς φησιν. Theophrastus autem ipsam tamen dulcedinem et amaritudinem eandem omnibus videri monet, ipsumque Democritum naturam earum constituere, cum dicat, id, quod nobis amarum sit, aliis dulce esse vel austerum. Ἔτι δὲ ποιεῖ σαφέστερον, inquit, ἐν οἷς φησι, γίνεσθαι μὲν ἕκαστον καὶ εἶναι κατ' ἀλήθειαν, ἰδίως δὲ ἐπὶ μικροῦ μοῖραν ἔχειν συνέσεως. Quae verba Schneiderus se non intelligere profitebatur. Philipsonus e Plutarchi loco plac. philos. IV, 4. ita correxit: ἰδίως δὲ ἐπὶ νεκροῦ, μοῖραν ἔχειν συνέσεως. Quid, si ita scripsit? Γίνεσθαι μὲν ἕκαστον καὶ εἶναι κατ' ἀλήθειαν, ἰδίως δὲ ἐπὶ μικροῦ μοῖραν ἔχειν συνουσίας. Ξυνουσίη i. e. οὐσία, quae omnibus communis est. Cf. Theophrast. hist. plant. I, 3. ἡ μὲν οὖν συνουσία καὶ ἡ ὅλη φύσις ἐν τούτοις. In universum Democritus suam de rebus sententiam hoc canone comprehendebat:

VI. Νόμῳ γλυκύ, νόμῳ πικρόν, νόμῳ θερμόν, νόμῳ ψυχρόν, νόμῳ χροίη· ἐτεῇ δὲ ἄτομα καὶ κενόν· ἅπερ νομίζεται μὲν εἶναι καὶ δοξάζεται τὰ αἰσθητά, οὐκ ἔστι δὲ κατὰ ἀλήθειαν ταῦτα, ἀλλὰ τὰ ἄτομα μοῦνον καὶ τὸ κενόν. Sext. Empir. 399. Quae verba saepe ab aliis scriptoribus tanguntur. De cognitione veritatis praeterea legebantur:

Ἐν τοῖς κανόσι·

VII. Γνώμης δὲ δύο εἰσὶ ἰδέαι, ἡ μὲν γνησίη, ἡ δὲ σκοτίη· καί σκοτίης μὲν τάδε ξύμπαντα ὄψις, ἀκοὴ, ὀδμὴ, γεῦσις, ψαῦσις· ἡ δὲ γνησίη ἀποκεκρυμμένη δὲ ταύτης — εἶτα προκρίνων τῆς σκοτίης τὴν γνησίην ἐπιφέρει λέγων· ὅταν ἡ σκοτίη μηκέτι δύνηται μήτε ὁρᾷν ἐπ' ἔλαττον μήτε ἀκούειν μήτε ὀδμᾶσθαι μήτε ἐν τῇ ψαύσει αἰσθάνεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ λεπτότερον —. Sext. Empir. 400. Fragmentum infelicissime amputatum et laceratum. Hoc nunquam tibi, Sexte, condonabo. Tantane te nostri tenuere oblivia? — In medio loco Democritus fortasse dicebat, τὴν γνησίην γνώμην altera obscurari, i. e. ἡ δὲ γνησίη ἀποκεκρυμμένη διὰ ταύτης.

Ἐν τοῖς κρατυντηρίοις·

VIII. Ἡμέες δὲ τῷ μὲν ἐόντι οὐδὲν ἀτρεκὲς συνίεμεν, μεταπίπτον δὲ κατά τε σώματος διαθήκην καὶ τῶν ἐπεισιόντων καὶ τῶν ἀντιστηριζόντων.

XI. Ἐτεῇ μέν νυν ὅτι οἷον ἕκαστόν ἐστι ἢ οὐκ ἔστι οὐ συνίεμεν, πολλαχῇ δεδήλωται.

Ἐν τῷ περὶ ἰδεῶν·

X. Γιγνώσκειν τε χρὴ ἄνθρωπον τῷδε τῷ κανόνι, ὅτι ἐτεῆς ἀπήλλακται.

XI. Δηλοῖ μὲν καὶ οὗτος ὁ λόγος, ὅτι ἐτεῇ οὐδὲν ἴδμεν περὶ οὐδενός, ἀλλ' ἐπιῤῥυσμίη ἑκάστοισι ἡ δόξις.

XII. Καίτοι δῆλον ἔσται, ὅτι ἐτεῇ οἷον ἕκαστον γιγνώσκειν ἐν ἀπόρῳ ἐστί. Sext. Empir. 399. 400. Denique Diogenis verba addenda sunt in vita Pyrrhonis:

XIII. *Ἐτεῇ οὐδὲν ἴδμεν· ἐν βυθῷ γὰρ ἡ ἀλήθεια.* Cicero: et, ut Democritus, in profundo veritatem esse demersam, vel, naturam accusa, quae in profundo veritatem, ut ait Democritus, penitus abstruserit. Philo Judaeus et Lactantius gentile dictum allatrant, veritatem, divinam rem, non in puteo, sed in alto monte, imo in ipso coelo positam esse contendentes. De homine Democritus ita dicere coepit:

XIV. *Ἄνθρωπός ἐστι, ὃ πάντες ἴδμεν.* Sext. Empir. 424. 72. Quod Aristoteles et testatur et illustrat de part. animal. I, 1. *εἰ μὲν οὖν τῷ σχήματι καὶ τῷ χρώματι ἕκαστόν ἐστι τῶν τε ζώων καὶ τῶν τε μορίων, ὀρθῶς ἂν Δημόκριτος λέγοι· φαίνεται γὰρ οὕτως ὑπολαβεῖν· φησὶ γὰρ πάντι δῆλον εἶναι, οἷον ὅτι τὴν μορφήν ἐστι ἄνθρωπος.* De procreatione hominis ita docuit, semen utriusque sexus e toto corpore praecipuisque eius partibus confluere, ita ut homo alius ex homine prosilire videatur. De qua re hoc dictum fertur:

XV. *Ξυνουσίη σμικρὴ ἀποπληξίη· ἐξέσσυται γὰρ ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου.* Hoc quidem apud unum Stobaeum VI, 57. Reliqui enim, quicunque vel Democrito vel alii hoc dictum tribuerunt, *ἐπιληψίαν* scripserunt. In nostro loco *ἀποπληξίαν* retinendam esse puto propter addita verba *ἐξέσσυται γὰρ κ. τ. λ.*, quibus ratio reddi videtur, cur tantopere homines post rem veneream viribus iaceant destituti. Et in ea re potissimum similitudo cum apoplexia versatur. E libris de animalibus (*περὶ ζώων γ'*) non pauca Aelianus ad verbum transscripsit. Quae, etsi lectu dignissima, mihi non tanti erant, ut denuo apponerem. Unum hic legatur de mulo.

XVI. *Μὴ γὰρ εἶναι φύσεως ποίημα τὴν ἡμίονον,*

ἀλλὰ ἐπινοίας ἀνθρωπίνης καὶ τόλμης, ὡς ἂν εἴποις, μοιχίδιον ἐπιτέχνημα τοῦτο καὶ κλέμμα. Δοκεῖ δέ μοί ποτε, ἦδ' ὅς, ὄνος ἵππον βιασάμενος κατὰ τύχην κυῆσαι, μαθητὰς δὲ ἀνθρώπους τῆς βίας ταύτης γεγενημένους εἶτα μέντοι προσελθεῖν ἐπὶ τὴν τῆς γονῆς αὐτῶν συνήθειαν.

Fulmine nihil percuti ac deleri, nisi quod repugnet, splendide dixit his verbis:

XVII. *Διόβλητον μὲν οὐδέν, ὃ μὴ τὸ παρ' αἰθρίης στέγει σέλας.* Ita Wyttenb. emendavit ap. Plut. quaest. symp. IV, 2. Denique ad hunc locum afferat aliquis latina verba apud Senecam quaest. natur. IV, 9. E mathematicis quaestio apud Plutarchum legitur (contra Stoic. de commun. notit. V, 406. W.) de superficie segmentorum coni ad basin resecti hunc in modum:

XVIII. *Εἰ κῶνος τέμνοιτο παρὰ τὴν βάσιν ἐπιπέδῳ, τί χρὴ διανοεῖσθαι τὰς τῶν τμημάτων ἐπιφανείας, ἴσας ἢ ἀνίσους γινομένας; ἄνισοι μὲν γὰρ οὖσαι τὸν κῶνον ἀνώμαλον παρέξουσι, πόλλας ἀποχαράξεις λαμβάνοντα βαθμοειδεῖς καὶ τραχύτητας· ἴσων δὲ οὐσῶν ἴσα τμήματα ἔσται, καὶ φανεῖται τὸ τοῦ κυλίνδρου πεπονθὼς ὁ κῶνος, ἐξ ἴσων συγκείμενος καὶ οὐκ ἀνίσων κύκλων, ὅπερ ἐστὶν ἀπώτατον.*

Musicarum tetralogiarum duo dicta servata sunt.

XIX. *Ποιητὴς δὲ ἅσσα μὲν ἂν γράφῃ μετ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ ἱεροῦ πνεύματος, καλὰ κάρτα ἐστί.* Clem. Alexandr. strom. V. Cf. Cicer. diviuat. I, 37. Orator. II.

XX. *Ὅμηρος φύσιος λαχὼν θεαζούσης ἐπέων κόσμον ἐτεκτήνατο παντοίων.* Dio Chrysost. orat. 53. Atque tertii fragmenti particulae

inventae sunt Herculani in quarto Philodemi de musica column. 36. Quas Rosinius ita supplevit: *Δημόκριτος μὲν τοίνυν, ἀνὴρ οὐ φυσιολογώτατος μόνον τῶν ἀρχαίων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἱστορουμένων, οὐδὲ νεότητ' ἂν πολυπράγμων, μουσικήν φησι νεωτέραν εἶναι, καὶ τὴν αἰτίαν ἀποδίδωσι λέγων·*

XXI. *Μὴ ἀποκρίνω τἀναγκαῖον, ἀλλὰ ἐκ τοῦ περιεῦντος ἤδη γίνεσθαι.* Quae sequuntur, incerta sunt. Neque illa satis placent; quanquam meliora nunc non habeo.

De diis, quos Democritus expulit, duo fragmenta afferenda sunt. Scilicet, quo deorum apud homines opinionem explicaret, etiam haec dixit:

XXII. *Ὁρέοντες τὰ ἐν τοῖσι μετεώροισι παθήματα οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ βροντὰς καὶ ἀστραπὰς κεραυνούς τε καὶ ἄστρων συνόδους ἡλίου τε καὶ σελήνης ἐκλείψεις, ἐδαιματοῦντο, θεοὺς οἰόμενοι πάντων αἰτίας εἶναι.* Sext. Empir. 554. *Συνόδους ἄστρων* i. e. *κομήτας*. Alterum fragmentum, quod apud Clementem legitur protrept. 6., auctoris sui doctrinae pertinaciter reluctari videtur. Tamen iugum imponatur. Scilicet Clementem, Democritei cupidum fragmenti, intrusisse illud orationi suae puto. Democritus autem, ubi de deorum opinione ac veneratione disserebat, eos quoque attingebat, qui aërem tanquam Iovem adorabant. Haec igitur dixit:

XXIII. *Τῶν λογίων ἀνθρώπων ὀλίγους ἀνατείναντας τὰς χεῖρας ἐνθαῦτα, ὃν νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες, πάντα Δία μυθέεσθαι· καὶ πάντα οὗτος* (ita inquiunt) *οἶδε καὶ διδοῖ καὶ ἀπαιρέεται καὶ βασιλεὺς οὗτος τῶν πάντων.* *Δία μυθέεσθαι* pro *διαμυθέεσθαι*

Heinsius correxit et nuper propter Orellii negligentiam denuo Burchardus. Eadem in strom. V. leguntur. Ὑπ' αὐγὰς ὁ Δημόκριτος εἶναι τινὰς ὀλίγους γράφει τῶν ἀνθρώπων, οἳ δὴ ἀνατείναντες τὰς χεῖρας ἐνθαῦτα, ὃν νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες, πάντα Δία μυθέονται, καὶ πάντα οὗτος οἶδε καὶ διδοῖ καὶ ἀπαιρέεται καὶ βασιλεὺς οὗτος τῶν πάντων. Fortasse Persas dicit, τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντας Herod. I, 131. Quod autem dicit, οἳ νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες, poetas Graecorum significat et mythographos, qui aërem per allegoriam dei nomine appellaverint. Eleganter hoc: illi enim antea soli loquebantur.

Denique de vita sua ita gloriabatur:

XXIV. Ἐγὼ δὲ τῶν κατ' ἐμεωυτὸν ἀνθρώπων γῆν πλείστην ἐπεπλανησάμην ἱστορέων τὰ μήκιστα, καὶ ἀέρας τε καὶ γέας πλείστας εἶδον, καὶ λογίων ἀνθρώπων πλείστων εἰσήκουσα, καὶ γραμμέων συνθέσιος μετὰ ἀποδέξιος οὐδείς κώ με παρήλλαξε, οὐδ' οἱ Αἰγυπτίων καλεόμενοι ἀρπεδονάπται· σὺν τοῖσδ' ἐπὶ πᾶσι ἐπ' ἔτε' ὀγδώκοντα ἐπὶ ξείνης ἐγενήθην. Clem. Alexandr. strom. I. Postrema, in quibus vocula ἐπὶ ter in verba subrepsit, ita interpretor. Cum his i. e. Aegyptiorum sacerdotibus i. e. si commorationem apud Aegyptios sacerdotes adnumero, in universum octoginta annos a patria urbe abfui. Pro numero octoginta annorum, in quo omnes haesitarunt, Pappencordtius acute quinque annos scribi iussit. Alius coniiciat ὀκτωκαίδεκα. Ego non terreor tanto numero annorum. Atque de Athenis alii negarunt, ipse Democritus hoc narrasse fertur apud Laertium:

XXV. Ἦλθον εἰς Ἀθήνας καὶ οὔτις με ἔγνωκε. Veni Athenas, neque me quisquam ibi agnovit. Cf. Valer. Maxim. VIII, 7.

Post fragmenta, aliqua verborum lumina, quibus posteriores scriptores suam orationem illustrarunt, vide collecta.

Ὁ γὰρ ὀμφαλὸς πρῶτον ἐν μήτρῃσιν, ὥς φησι Δημόκριτος, ἀγκυρηβόλιον σάλου καὶ πλάνης ἐμφύεται, πεῖσμα καὶ κλῆμα τῷ γινομένῳ καρπῷ καὶ μέλλοντι. Plut. am. prol. II. Cf. de fortit. Rom. II.

Ὅθεν εὖ ἔχει τὸ τὴν νύκτα καὶ τὸν ὕπνον ἐν μέσῳ θέμενος καὶ ποιήσαντες ἱκανὸν διάλεμμα καὶ διάστημα, καθάρους αὖθις ὥσπερ ἐξ ὑπαρχῆς καὶ νέᾳ ἐφ' ἡμέρῃ φρονέοντας κατὰ Δημόκριτον ἀνίστασθαι. Plut. quaest. symp. III, 6. VIII, 3. Coniecerunt νέα νέᾳ ἐφ' ἡμέρῃ, vel νέα ἐφ' ἡμέρῃ i. e. nova oriente die. Nihil mutandum esse videtur; νέᾳ ἐφ' ἡμέρῃ φρονεῖν erit: für den neuen Tag denken. Inde Homerus paullo alio sensu ἐφημέρια φρονέοντες.

Κοράκων μὲν λαρυγγισμοῖς καὶ κλωσμοῖς ἀλεκτορίδων καὶ σύσιν ἐπὶ φορυτῷ μαργαινούσαις, ὥς ἔφη Δημόκριτος, ἐπιμελῶς προσέχειν σημεῖα ποιουμένοις πνευμάτων καὶ ὄμβρων. Plut. de sanit. tuend. Clem. Alexandr. protrept. §. 92. Cf. Arat. Diosem. v. 391.

Λέγομεν οὖν ἐν ἡμῖν, ὅτι πολλὰ μὲν, ὦ ἄνθρωπε, σοῦ καὶ τὸ σῶμα καὶ νοσήματα καὶ πάθη φύσει τε ἀνίησιν ἐξ ἑαυτοῦ καὶ προσπίπτοντα δέχεται θύραθεν· ἂν δὲ σαυτὸν ἔνδοθεν ἀνοίξῃς ποικιλόν τι καὶ πολυπαθὲς κακῶν ταμεῖον εὑρήσεις καὶ θησαύρισμα, ὥς φησι Δημόκριτος, οὐκ ἔξωθεν ἐπιῤῥεόντων, ἀλλ' ὥσπερ ἐγγείους καὶ αὐτόχθονας πηγὰς ἐχόντων. Plut. IV, 17. W.

Ἐριδαντέων δὲ κατὰ Δημόκριτον καὶ ἱμαντελικτέων

λόγους ἀφετέον. Plut. quaest. symp. I, 1. Clem. Alexandr. strom. I §. 22.

Οὐχ ὁρᾷν φησι (Ἐρατοσθένης) πῶς ἂν εἰς πράγματα καταστρέφοιτο ἡ ζήτησις αὕτη, ἀλλὰ μόνον ἔριν διαιτώντων μᾶλλον κατὰ Δημόκριτον εἶναι. Strab. I. 65. Paris.

Denique truncus in Etymolog. magn. v. *νένωται. Φηνι θέα νοῦνται*. Sylburg. coniecit: *φῆμι θείῃ νοῦνται*, oraculis divinis erudiuntur. Fortasse *φρενὶ ἰθέα νοῦνται*. Memini enim homerici *φρενὶ νοεῖν* et *ἰθὺς φρονεῖν*.

Tantum.

VITA.

Ego Fridericus Heimsoethus natus sum Coloniae Agrippinensium anno MDCCCXIV, patre Marco, consiliario iustitiae, et matre Elisabetha e gente de Noël. Gymnasium patriae urbis Fridericium Wilhelmium per octo annos frequentavi. Dein anno MDCCCXXXI ad almam Fridericiam Wilhelmiam Rhenanam transgressus a Diesterwegio, rectore amplissimo, civibus universitatis, a Calkero, decano spectatissimo, ordini philosophorum adscriptus sum. Atque per quatuor ibi annos haec sunt quae didici.

Introductionem in philosophiam, logicam, metaphysicam apud Bobrickium. Psychologiam et ius naturale apud Droste-Hülshofium. Historiam philosophiae graecae et historiam philosophiae aevi christiani apud Brandisium. De historia medii aevi Hüllmanni, de historia nova Loebellii, de historia Romanorum ad Livii priores libros Ritteri scholis adfui. De mythologia Graecorum et Romanorum, de antiquitatibus graecis, de historia litterarum graecarum Welckerum audivi docentem. Ritteri scholas de antiquita-

tibus latinis, de historia litterarum romanarum, de re metrica Graecorum et Romanorum adii. Heinrichium audiebam, cum interpretabatur Taciti annales, Iuvenalis satiras, Persii satiras, Horatii sermones, (satiras et epistolas,) Ciceronis libros de re publica, Ciceronis orationem pro Murena, denique mythos graecos ad librum Apollodori. Naekii interpretationi Persarum et exercitationibus criticis interfui. Welckerum audivi Aristotelis artem poeticam, Sophoclis Antigonem, Horatii carmina illustrantem. De Andria Terentii et Aristotelis artis poeticae prima parte Ritterus disseruit. Freitagii scholas de grammatica Arabum, Vullersii de genesi et psalmis frequentavi. Germanicae linguae indolem in universum Schlegelius explicabat, antiquae Germanorum linguae rudimenta Diezius. Berndius diplomaticae artis omnes partes, Diezius grammaticam italicam, Strahlius anglicam me docuerunt. Seminarii philologici, Heinrichio et Naekio moderantibus, socius ordinarius fui. De historia artis graecae atque de picturis et anaglyphis veterum Welckerum audivi disserentem. Denique artem musicam, si fas est in vita eam rem commemorare, quae vita dulcior et carior est, inter studia non neglexi.

Descripsi nomina rerum, quas a praeceptoribus didici. Quantum his debeam et amicitiae beneficia qui describerem? Sed liceat amicissimorum virorum nomina iterare Heinrichii, Naekii, Welckeri, Brandisii.

Nunc me ad doctorum virorum numerum accessurum disputationibus suis vel retinebunt vel digniorem facient:

Ed. Brockhof, Sem. Reg. Philol. Sod.
H. Düntzer, Dr. Philol.

Has enim THESES propono publice a me defendendas.

I. *Historia philosophiae graecae pars est philologiae.*

II. *Democritum alii aiunt gravitatem atomis dedisse, alii negant. Neutri in sua re mentiuntur. Scilicet pondus illis inesse docuit, singulis secundum magnitudinem, compositis secundum inanis copiam. Sed motum illum naturalem omnium ponderum e regione sua inferiorem locum petentium Epicurus primus ad genesin rerum adhibuit et declinationem addidit. Loci de ea re sunt: Aristot. de gener. I,* 8. *Theophr. de sens.* §. 61 *seqq. Stob. phys.* 347. *H. Plut. plac. philos. I,* 3. *Cicer. de fato* §. 23. §. 46.

III. *Ciceronis locus in academ. prior. II,* §. 73. *ita scribendus est: Atque is non hoc dicit, quod nos, qui veri esse aliquid non negamus, percipi posse negamus: ille verum plane negat esse, sensus quidem non obscuros dicit, sed tenebricosos; sic enim appellat eos. Is, qui cet.*

IV. *Ausonii versus in epist. XVIII, 29.*
quique sacri lacerum collegit corpus Homeri
Zenodotum significat et epicum cyclum.

V. *Apud Horatium particula palinodiae Stesichori latet.*

VI. *Dionysiacorum certaminum memoria apud Athenienses, ut alia multa, quae ad rem publicam attinebant, lapidibus inscribebatur. Inde postea libros scribebant, quibus tituli erant* αἱ διδασκαλίαι *vel* περὶ διδασκαλιῶν *cet. Scholiastae ad Sophoclis Aiacem verba:* Δικαίαρχος δὲ Αἴαντος θάνατον ἐπιγράφει, ἐν δὲ ταῖς διδασκαλίαις ψιλῶς Αἴας ἀναγέγραπται: *accurate ita intelliguntur:* Δικαίαρχος δὲ (ἐν ὑποθέσεσι) Αἴαντος θάνατον ἐπιγράφει, ἐν δὲ ταῖς διδασκαλίαις (*quae leguntur in grammaticorum libris*) ψιλῶς Αἴας ἀναγέγραπται.

VII. *Sophocles in scena Atheniensium bis, in principio et Thamyridis et Nausicaae, cernebatur.*

VIII. *Apollonius in ordinem a grammaticis datum non venit, quia Aristarchus atque Aristophanes, poetarum iudices, neminem sui temporis in numerum redegerunt. Quintil. instit. orat. X, 1, 54. Scilicet in omni litterarum genere praeclarissimorum scriptorum ordo a grammaticis constitutus est. Aristophanes et Aristarchus poetarum iudices fuerunt.*

IX. *In secundo libro Naeviani carminis Aeneas Carthaginem venit.*

X. *Niebuhrius trium Merobaudis panegyricorum fragmenta invenit.*

XI. *In fragmento Anacreontis*:

> Ὦ παῖ, παρθένιον βλέπων,
> δίζημαί σε, σὺ δ' οὐκ αΐεις,
> οὐκ εἰδώς, ὅτι τῆς ἐμῆς
> ψυχῆς ἡνιοχεύεις.

nihil mutandum est.

XII. *Quod in versu Aeschyli Pers.* 165. *Dind.*

> Ταῦτά μοι διπλῆ μέριμν' ἄφραστός ἐστιν
> ἐν φρεσί·

caesura vel diaeresis deest, id singulari modo excusatur.

XIII. *Saturnius versus simplex metrum est.*

XIV. Ἔστιν ὄνομα τὸ δεὶς καὶ ἰσοδυναμεῖ τῷ τίς.

XV. *Homeri* ὀλοοίτροχος *non descendit de voce* ὀλοὸς *et* τρέχω.

XVI. *In Aristotelis verbis de arte poëtica c. I.* Ὥσπερ γὰρ καὶ χρώμασι καὶ σχήμασι πολλὰ μιμοῦνταί τινες ἀπεικάζοντες, (οἱ μὲν διὰ τέχνης, οἱ δὲ διὰ συνηθείας,) ἕτεροι δὲ διὰ τῆς φωνῆς· οὕτω κἂν ταῖς εἰρημέναις τέχναις ἅπασαι μὲν ποιοῦνται τὴν μίμησιν ἐν ῥυθμῷ καὶ λόγῳ καὶ ἁρμονίᾳ· τούτοις δὲ *cet. nihil mutandum est, nihil tollendum.*

XVII. *In Dionysii de Servio Tullio verbis IV*, 15. *Sigonii et Niebuhrii, magnorum virorum, transpositiones minime satisfaciunt. Verba non transposita, si explicari possunt, maiorem fidem habent. Locum, quemadmodum in codicibus scriptus est, a transpositionibus defendo.*

XVIII. *Merobaudis truncata verba p.* 8 *Niebuhr. edit. II. sic restituo. Tibi enim cubile glabra rupes,*

aut tenue levamen in caespite; nox in vigiliis, dies in laboribus; militia iam pro voluptate; lorica non tam munimen, quam vestimen; galea non adparatus, sed conservatio; postremo gladii, qui aliis procinctus, tibi usus est. Nec immerito te ita communem alacritati ac labori, labori ac potestati, natura formavit; nam in ore omnium graviores res laborans languorem proximitas tua in velocitatem tuam vertit.
